BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
16 C
39

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

DE RHEVMATISMO, CATHARRHO VARIISQVE A CEREBRO DESTILLAtionibus, & horum curatione Libellus.

Auctore, Petro Pichoto Andegauo, Medico Burdigalenſi.

Bibl. Sec. Sac. Coll. Rom
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
ex legato D. ...
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BVRDIGALAE,
Apud S. Millangium, Typographum Regium.
1577.

73 d 13
73. d. 13.

12.16. C. 39

IOSEPHO AIMARIO,

IN AMPLISSIMO BVRDIgalenſi Senatu Præſidi æquiſſimo, vrbiſque præfecto vigilantiſſimo,& prudẽtiſſimis eiuſdem nobiliſſimæ ciuitatis Decurionibus, Petrus Pichotus medicus, S. P. D.

S*Uperioribus annis edideram libellum de animi morbis, horúmque curatione, præſes integerrime, ac vrbis moderatores prudentiſſimi: quem cum pleriſq; non ingratũ fuiſſe intellexiſſem, ſtatim in animum induxi, ſimilem operam nauare in morborum corporis curandorũ commentariis ſcribendis: & operæpretiũ me facturum eſſe putaui, ſi quæ viſendis & curãdis ægris, ſcitu & obſeruatione digna, mihi occurriſſent (multa autem quotidie occurrunt) ea in opuſculum redigerẽ,*

quod medicinæ candidatis, & rerum naturalium ſtudioſis legendum darem. Qui mei labores ac vigiliæ, ſi ab omnibus non probentur, ſintque acriores quidam ac mordaces Ariſtarchi ad ſatyras nati, qui ſtatim obiiciant, præſtare frui otio perpetuo, quàm hoc plebeium ac vulgare opus de catarrho & deſtillationibus, in auras emittere, præſertim cum Galenus, Græciq; alij, deinde Mauritani, & horum æmuli Gordonius, Arculanus, recentioréſq; de his abundè ſcripſerint. Quid enim aliud, inquient, hic nouus ſcriptor ſuo inutili ſtudio, poſt tantos viros quàm actum agit, & à maioribus tractata repetit, & eandem, quod dicitur, telam retexit? His prima fronte reſpondere poſſem, quod C. Lucilium dicere ſolitum accepimus, ea, quæ ſcripſiſſet, neque ab indoctiſsimis, neque à doctiſsimis legi velle: quòd alteri nihil intelligerent, alteri pluſquam ipſe, qui ſcripſiſſet: at verò mihi gratiſsimum fuerit, ſi hæc noſtra etiam à doctiſsimis, beneuolo animo

legantur

legantur,vt ſi minus ea probarint,habeãt ſaltem occaſionem reprehendendi, aut animaduertẽdi,quæ nos latuere. Quod autem peruulgatum argumentum de catarrho & rheumatiſmo tractẽ, & hodie tam multi in eodem argumento actuoſæ & practicæ medicinæ commentarij in manibus hominum verſentur,quid inde? An nõ plures iuriſconſulti in eadem re, eadem materia, eodem titulo laborarunt, & plures olim idem ſaxum voluerunt? Et noſtra memoria, Alciatum, Duarenum, Hotomanũ, Zazium & alios pleroſque, poſt tot commẽtariorum, gloſſematum, & ſcholiorũ plauſtra, non puduit in eadem lege, & argumẽto paradoxa, intellectus ſingulares, acutas obſeruationes, aut ſingulare aliquod ingenij monimentum poſteris relinquere. Poſt Theophraſtum Dioſcorides, Plinius, Galenus, de iiſdẽ plantis & ſimplicibus ſcripſerunt: an propterea ridendus Hermolaus Barbarus, Ruellius, Braſſauolus, & Matthiolus, quòd poſt tantos viros, eũdem fu-

nem torſerunt, ac eadem ſemita, iiſdemq́ veſtigiis inſtiterunt? Imò horum omnium opera magno medicorum ac philomuſωn plauſu, excipiuntur. Sed hîc rurſus occurritur. In his commentariis nihil exquiſitum, nihil acutum tradis. Imò mea ſcribendi ratio, multum à peruulgata diuerſa. Quorſum enim attinuiſſet meum & lectoris otium nequicquam̃ conſumere repetendis veteribus? Et ſi nihil de meo promo, ſaltem à maioribus diuerſarum ætatum inuenta, facili perſpicuitate, & ordine illuſtro: quædam etiam meo arbritratu, aut ex ſententia acutiſsimorum virorũ, iudico & adnoto: nonnulla obſeruationibus & exemplis exorno. Lucubrationes igitur has noſtras, præfectæ humaniſsime & Vrbis moderatores, ſub nominis veſtri auctoritate & auſpitijs in manus hominum exire volui: quod viderem veſtrum omnium ſtudia & conatus ad Burdigalenſium, vtilitatem ardenti impetu dirigi. Nec enim ignoramus, præſes, æqui bonique te eſſe cẽ-

ſorem

ſorem: in curia & tribunali quotidie reſidentem, ius ſanctiſsime dicere, & ſenatuſconſulta magna auctoritate pronunciare, in cauſiſque acutè & citò cognoſcendis & dirimendis perſpicaciſsimum. Te nulla largitio, nulla gratia, ſordities aut cupiditas à rectè iudicando rapit tranſuerſum. Tu incredibili lenitate, ac mira æquitate lites componis, humanitatem perpetuo ſeueritati miſcens. Ob has virtutes Aimari, omnium ordium conſenſu, Ciuitatis maior, ἐπιστάτης ac præfectus, non tam populi fauore ac ſuffragijs, quam virtute & merito deſignatus fuiſti: Vt diligentia, prudentiáque reipublicæ ſubuenires, & in hac procelloſa bellorum tempeſtate, inter horrendos martis & armorum fremitus Burdigalæ hoſtium quotidiano incurſu attonitæ, maturo firmóque conſilio opitulareris. Vos etiam politiæ Burdigalenſium adminiſtratores Iurati prudentiſsimi, intelligimus, hiſque oculis quotidie videmus, quanto labore & diligentia ciuium querelas contro-

uerſiáſque componatis.& quanta dexteritate & prouidentia in negotijs reipublicæ tractandis & deliberandis vtamini, vt mirum non ſit vos ab omnibus coli & amari. Vos patrio quodam amore, non ſolum reipublicæ commodis & fortunis, ſed etiã ciuium valetudini & ſaluti perpetuo conſulitis: vt pote quum præter gymnaſia iuris vtriuſque, & liberalium artium ſummis profeſſoribus clariſſima, nuper ſalutiferum gymnaſium a vobis ſit conſtitutum: in quo deſignati doctores, Hippocratis & Galeni reliquorumque Aſcepiadûm opera, magno totius Aquitaniæ plauſu & commodo profiteantur. Et veſtram Burdigalam, ſenatu auguſtiſsimam, & emporio portuque celeberrimam, nunc omnium bonarum artium alumnam & domicilium magno Aquitaniæ fructu & ornamento ſic effeciſtis: vt non ſolum Mercurij illius ſolertis, ſed etiam Aſtreæ, Muſarum, Apollinis, Aeſculapiique ſedes & aſylum Burdigala merito dici poſsit. Hos itaq; mei ingenioli

nioli labores accipite & ita tueamini, precor, vt omnes intelligant vos meorum ſtudiorum patrocinium ſuſcepiſſe.

Idibus Iulij. 1577.

AD LECTOREM SA-nitatis ſuæ ſtudioſum.

EXperimentis quotidie obſeruamus, Cā dide lector. Varia morborum genera, ſanitati ac vitæ hominū á fronte à tergo à lateribus inſidias tendere ſic, vt nec Ianus ille bifrons nec Argus oculatiſſimus ab horum telis tutus eſſe poſſit. Huius autem tantæ morborum iliados cauſas, & mortis tādem ineuitabilem neceſſitatem, theologi, & qui veris cœleſtibuſque oraculis nituntur ad illam primorum parentum labē, acerbiſſimúmque caſum referunt, qui pixidem illam Pandoræ (in qua morborum & malorum omne genus inerat,) mortalibus aperuit: Philoſophi verò & medici, qui libentius rebus humanis & ſenſilibus acquieſcunt, acutiori

Per pixidē pādore, veram de adami lapſu hiſtoriam intelligi volo.

acutiori ingenio naturæ angulos,& arcana ſcrutari ſe putantes has morborum acies temperamentis hominum ex contrariis elementis conſtitutis adſcribunt. A cõtrario enim naſcitur pugna,diſſidiũ,morbus,corruptela,mors. Nam tollunt ſe mutuo contraria. Hinc fit vt ἀγήρατος καὶ ἀθάνατος, immortaliſque homo eſſe nequeat. Sed quærat fortaſſe aliquis, cur hominum alij aliis, breuioris ſint vitæ& æui,valetudineque degãt incerta,quæruli perpetuo, idque ἀνομάλως καὶ ἀῤῥώστως. Hoc illis contingere Galenus & medici præſtantiſſimi exiſtimant, vitio ſeminis parentũ, vel ob corporis intemperiem, & partium nobilium inæqualitatem, proptérque errores in victu & cauſis ſalubribus, ignorantiámque & nullam obſeruationem ſalubrium & vtilium in vita, intemperantiam in vſu cauſarum ſalubrium,gulæ & palati inſaniam, voluptatúmque ineſcantium lenocinia. vnde

fit

ſit, vt hodie è multis hominum millibus, pauciſſimos videas *μακροβίους*, & longæuos, qui integro corpore, vegeta ſenecta, mente & ſenſibus illæſis, ad extremam ſenij partem vitæque coronidem ſani perueniant. Omnes præmaturè caluеſcimus. & ante ſenectutis tempus medium ætatis curriculum vix emenſi, ad canos iam venimus, edentuli, tremuli, hebetes, obliuioſi. Et quod magis mireris pleroſque inuenias, etiam optima natura temperamentoque præditos, *εὐεκτικοὺς* & athletico habitu firmos, qui vixdum *μεσήλικες* & nondum *ὠμογέροντες*, tamen ob victum deprauatum, aut intemperantiam, laborant aſſiduis cruditatibus, dolore colico, febre, vlcere veſicæ, dyſuria, aut renum calculo, articulorumque cruciatu acerbiſſimo contabeſcunt, atque ita omnes hac ætate è viuis decedimus magis vi morborum, & morte violentà quàm ſponte naturæ: aut an-

noſiore

noſiore vita, ætatiſque longo decurſu. Porrò inter tot inſidiantes morbos, alii maiore impetu, in homines ſæuiunt, vt καῦσος, febris ardens, peſtis. Sed nulla valetudo infeſtior, nullaque hydra morborum pertinacior ac debellatu contumacior rheumatiſmo longaque deſtillatione: qua fit vt in pleriſque oculi ſint perpetuo lippientes, lachrymoſi, pruriginoſi. In quibuſdam aures à ſibilo, tinitu, ſtrepitu, ſuſurro obſurdeſcant aut graui ſint auditu. In alijs dentes eroſi, forati, rubiginoſi, dolentes: In nonnullis gingiuæ flaccidæ, exeſæ, depaſtæ, vlceroſæ, foetidæ. Quoſdam audias voce aſpera, caſſa, fuſca; ranca: alios tuſſiculoſos, anheloſos, ſuſpirioſos, ὀρθοπνοικοὺς, phthoë & tabe ſenſim à deſtillatione marceſcentes. Proinde cum viderem rheumatiſmi imperium & tyrannidem tàm latè patere, vt paucos inuenire liceat morbos, qui non irritentur vel augeantur a deſtillatione

excre-

mentorum à capite, placuit auſpicari noſtros, De curatione morborum cerebri, commentarios à Rheumatiſmo & deſtillatione: præſertim cum hic affectus Burdigalæ ſit ἐνδήμιος: & propter vrbis ſitum, atque incolarum viuendi rationem, ſeu patrius & vernaculus. Quòd ſi hæc collectanea conſideratius legere non grauaberis, lector φιλίατρε, ſpero fore vt non ſolum ſtyli ſimplicitate, & facilitate placeant. Sed etiam ſi lucri, & rei familiaris augendæ gratia, Apollinem Muſáſque colere velis, & πρακτικὴν actuoſamque medicinam ſerio exercere ſtudeas, nec laborem hunc inefficacem, & diligentiam gratam experiaris: nam faciunt etiam πρὸς τὰ ἄλφιτα. Vale.

DE RHEVMATISMO, Cattarrho, Deſtillationũque differẽtijs, & curatione, Commentarius.

CAtarrhus, κατάῤῥος, ἢ κατάῤῥους, vocabulum eſt apud medicos anceps & vagũ. Vſurpatur enim aliter à Galeno & Græcis veteribus, aliter à Mauritanis & recentioribus medicis. Nã Catarrhum definit Galenus ἐπειδὰν εἰς τὸ ϛόμα καταῤῥέῃ, τὸ περίττωμα, quando in os defleuxerit excrementũ à cerebro. Et Paulus κατάῤῥουν εἶναι ῥεῦσιν κάτα φάρυγγα καὶ τὴν ὑπερῷαν. Fauces enim *Catharrhus Galeno de cauſis ſymptomatum.*

ces enim & palatum ſunt partes oris. Sic Pauli deſcriptio nō aduerſatur Galeni definitioni. Contra Arabes catarrhum propriè dici volunt, cum fit à cerebro deſtillatio non in fauces, ſed in pectus & thoracis partes interiores. Aiunt enim ſuo loquendi modo, *Si fluat ad pectus dicatur Rheuma catarrhus.*

Catarrhus Arabibus, Auic. Gordo. & reliquis.

At nunc à recentioribus, medicinæ practicæ & actuoſæ ſectatoribus, catarrhus, generalius ſumpto nomine, vſurpatur, pro omni deſtillatione ac defluxu humoris aut excrementi à cerebro in partes ſubiectas: atque ita in vnum confundunt, Catarrhum, Rheumatiſmum, κατασταγμὸν & deſtillationē Celſi. Nec illud hac in parte omittendum, ῥεῦσιν id eſt fluxionem, etiam generalius ſumi, quam catarrhum, tum veterum, tum recentiorum: cum illa ſit decurſus cuiuſlibet humoris aut excrementi, ex quacunque parte prodeat, & in quacunque partem incidat: fluxionumque

Catarrhus recentioribus.

Fluxio genus ad Catarrhū, & deſtillationes.

numque aliam eſſe à cerebro in partes ſubiectas, aliam verò ab hepate manare, aut vaſis: aliam à quacunque parte onerata excrementorum copia, vel qualitate. Atque ita Rheumatiſmus, Catarrhus, Deſtillatio ſunt ſpecies fluxionis: quorum fons & origo eſt caput. Fluxio verò poteſt à capite, poteſt & aliunde manare. Nulla enim ferè pars, quæ non poſſit ῥευματίζεσθαι, fluxionéque tentari. Sed ad præſentis commentarii intelligentiam, ſatis erit monuiſſe, Catarrhum & Rheumatiſmum à recẽtiori medicina generali & communiori nomine vſurpari pro qualibet humoris aut excrementi à cerebro & capite in partes quaſlibet ſubiectas, deſtillatiõne, quæ Græcis etiã ῥεῦμα, ῥευματισμὸς, κατασταγμὸς, noſtris defluxio, deſtillatio, diſtillatio, excrementorum à capite decurſus, decubitus, prolapſus dicitur.

Celſus primus inter Latinos deſtillationem vocauit.

21

DE FLVXIONVM VAriæ appellationes pro partium & Symptomatum varietate.

Nam ſi fluxio fiat

In oculi tunicam adnatã, fiet	ὀφθαλμία, lippitudo Celſi. χήμωσις, deterrima ophthalmia, Hypoſphagma, macula rubra Arab.
Si in membranam Corneã, fiunt	φλύκταιναι variæ.
Si in vueam, fit,	μυδρίασις, pupillæ dilatatio, ὑπόχυμα, Suffuſio, γλαύκωμα, mutatio coloris chriſtalloidis, nã apparet in foramine vueæ.

Si in angulũ magnum, fit ἀγιλωψ, abſceſſus inter angulum & nares,
ἐγκανθίς, caro excreſcẽs in angulo,
ἐπιφορὰ, pituitæ curſus,
ῥυάς, diminutio carnis lachrymalis.

Si in totum oculi Bulbum, ςραβισμός (fit etiam ſine fluxione.
ἐκπιεσμὸς, exitus, exertio oculi.

Si fluxio fiat

In nares, fit κόριζα, Grauedo,
ὄζαινα,
πολύπους,
σάρκωμα,
& varia odoratus ſymptomata.

Non à ſola fluxione oriuntur.

Si in aures, phlegmone, modo in-

Nec à ſolâ fluxione fiant. terna, modo externa,
ὠταλγία, dolor auris,
Surditas,
difficultas auditus, δυσηκοΐα,
Grauis auditus,
Surditas, tinnitus, ſibilus.

Tonſillæ, & antiades, nomina ſunt partis & morbi.

Si in fauces, Ἀντιάδες, Tonſillæ, glandularum inflatio, inflammatio,
παρίσμια.

In gargareonem. σταφυλή, vua, hodie partem & morbum ſignificat.
κίων, Columella
eroſio, putredo.

In gingiuas, παρουλὶς,
ἐπουλὶς,
eroſio, putredo,

fluor,

fluor,
fiſtula.

In dentes,	ὀδονταλγία, dentium liuor, rubigo, eroſio, perforatio, fœtor,	*Nec à ſola fluxione fiunt.*
In membranam veſtientem partes oris.	aphthæ, alcola, puſtulæ vlceratæ, vlcera putria, ſordida, κακοήθη, vlcera erodentia, νόμαι.	
In linguæ muſculos.	inflatio, inflammatio, paralyſis, *non à ſola fluxione fiunt.* ſpaſmus, ſtupor, μογιλαλία, ἀγκυλόγλωσσον, vitium	

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

linguæ Paulo dictum.
ptyaliſmus

In laryngis muſculos.	συνάγχη, angina, vocis læſiones, & vitia.
In laryngis, & aſperæ arteriæ mẽbranam,	βράγχος, raucedo, arteriæ aſperæ aſperitas, vlcus, vocis vitia & ſymptomata.
Si in arteriæ ductum medium,	tuſſicula multiplex.
Si defluxio altius decumbat in bronchia arteriæ aſperæ,	tuſſis modo ſicca, modo humida, dyſpnœa, vt genus, & vt ſpecies, Aſthma, Orthopnœa.

Si in pulmonum ſubſtantiam mollem, vaſorum capillamentis oppletam,	Dyſpnœa, anhelatio, aſthma, φθόη, Tabes, hæmoptoe.
Si in leues arterias, aut arterias venoſas,	Pulſus inæqualitas, & tandem Cordis palpitatio, mox dyſpnœa & difficilis reſpiratio, Hæmoptoe, ſi fluxio acris.
Si in ſpinam & vertebrarum ligamenta,	Tuberculum in ſpina, Gibba ſpinæ.
Si in pericardion,	Cordis tremor, vel palpitatio.

Si in gulam, aut ventriculum, ſitque fluxio	frigida, fiunt cruditates, βραδυπεψίαι, ructus acidi.
	Calida, fiunt ſitis, ructus nidoroſi, apepſia, aliquando vlcus, febris, lienteria.
Si in ceruicẽ, ſcapulas, muſculos dorſi, & articulos ferè omnes,	Fiunt articulorum dolores, & arthritidos plures differentiæ.

In ſumma pauci ſunt morbi, qui nõ excitentur, vel increſcant, vel foueantur àb aliqua defluxione humoris excrementitij à capite. Videmus enim febres plerumque ob deſtillationem in pectus, aut aliò, accendi: & quaſdam, acceſſionis initio, irritari, & deſinente paroxyſmo ſedari. Quin & tumores, omnes præter naturam, à fluxione fieri proditum

proditũ eſt à Galeno. Fiũt tamẽ illi à flu- xione per vaſa, aliunde ſæpe, quàm à cerebro. Aliud enim eſt fluxio, generatim ſumpto nomine, aliud deſtillatio & Rheumatiſmus, vt ſupra eſt dictum. *14. Metho.*

Quiſnam affectus ſit Catarrhus & Rheumatiſmus.

CAtarrhus & Rheumatiſmus referẽdi ſunt ad illud ſymptoma, quod exiens mutatum, & quod contra naturam, immodicéque excretum appellatu. Exit enim à capite humor excremẽtitius: qui homini ſano exire non conſueuit: & quod lienteria eſt ventriculo imbecilliori, & gonorrhœa vaſis ſpermaticis, diabetes renibus, id rheumatiſmus & catarrhus ſunt cerebro & capiti. Porro hic humor excremẽtitius aggregatur, cumulatúrque paulatim, cum cerebrum alimentum proprium non probe coquit, nec bene commutat in

Catarrhus, referendus ad claſſem excretorum immodicè, & contra naturam.

ſecundas

ſecundas humiditates:vnde excrementorum copia præſertim pituitoſorum, crudiorque ſuperfluitas. Cerebrũ itaque fons eſt, & origo omnis rheumatiſmi,& deſtillationis,idque vel vt pars eſt ſimiliaris, cum ſcilicet eſt intemperatum & imbecillum,vel vt pars eſt inſtrumentoria, dum plenitudine,& excrementorum copia immodica , aut qualitate moleſtatur.

Cerebrum, fons omnis deſtillationis.

Cauſæ Rheumatiſmi & Catharrhi.

Cauſæ Antecedentes.

CAuſarum Rheumatiſmi & Catarrhi aliæ ſunt antecedentes, quæ etiam dicũtur internæ,& corporeæ.Hæ ſunt generatrices effectriceſque materiæ Rheumatiſmi. Cumulant enim & congerunt excrementa in capite.Quales ſunt intemperaturæ cerebri, & omnis capitis imbecillitas, à primo ortu, vel acquiſititia.

Continentes.

Cauſæ verò continentes Rheumatiſmi

tiſmi, ſunt ipſa excrementa immodica, & humores ſuperuacui, in cerebro aut capite cumulati, iam defluentes, turgentes, ac mox fluxuri.

Cauſæ euidentes, quæ & externæ, Maúritanis primitiuæ dicuntur, bifariã cauſæ Rheumatiſmi intelligi poſſunt: vel quòd excrementa & humores ad fluxionem concitent, vel quod facultates naturales cerebri infirmãdo, excrementa multiplicent, quæ ſunt materia Rheumatiſmi. Itaque harum cauſarum Rheumatiſmi, aliæ materiam à capite exturbant, *Euidentes.*

Exprimendo, frigore & adſtrictione, vel

Fundendo, eliquando, laxando calore,

Agitando, perturbando, motu vehementi corporis aut animi. Sed preſtiterit paulò fuſius recenſere ordine & ſigillatim, cauſas omnes Rheumatiſmi & deſtillationis.

Cauſæ

Cauſæ antecedentes & internæ Rheumatiſmi, & qui hominum facilius Catarrho & Rheumatiſmo afficiantur.

Qui cerebro ſunt humidiori, calidiori, facile capiũtur Rheumatiſmo.

QVi cerebro ſunt calidiori, humidiori, facile tentantur Rheumatiſmo: quia caput cito impletur excremẽtis. Nam vapores à viſceribus & toto corpore tranſmiſſos promptè admittit, imò etiam trahit, quia calidius, vnde grauatur: & quia humidius, ſcatet excrementis, quæ ſcilicet gignit & fouet. Et quanto humidius, tanto maiore excrementorum prouentu abundat. Sanè homines tali cerebro nati, à cauſis humectantibus cito offenduntur, vt auſtro, balneo, hypocauſto, vino copioſo, victu humectante.

Qui cerebro ſunt frigido, humido.

Qui frigido humido ſunt cerebro, etiám cito Rheumatiſmis & deſtillationibus capiuntur. Frigiditas enim functionibus naturæ aduerſatur, diminutéque ac languidè coquit alimenta, nec

benè

benè reſoluit vapores ad caput elatos: Vnde multa excrementa colligit cruda & ſuperuacanea, & hinc Rheumatiſmus. Huiuſmodi hominibus caput perpetuo graue, facies ſubtumida, color albidior aut ex albo liuidus, ingenium hebetius, ſenſus parum vegeti, ὑπνηλοὶ, ſomniculoſi.

Qui cerebro ſunt frigido ſicco, in incerta degunt valetudine, καὶ ἀνωμάλως ὑγιαίνουσι. Nan modo bellè degunt ac leuiſſimum liberumque caput habent excrementis: rurſus leui occaſione deſtillationibus, catarrho, moleſtātur. æſtate caput habent leue excrementis & dum victu tenui, aut moderato caſtigatóque vtuntur: contra hyeme, & quum parum cauta victus ratione degunt, promptiſſimè Rheumatiſmo tentantur, more ſenum. habent enim à primo ortu, ſenum temperamẽtum: Nec ſanè alia eſt capitis intemperatura, quæ imbecillius, infirmiuſque iniuriis

Qui frig. ſicco.

iniuriis tum externis, tum internis reſiſtat. Porrò illud animaduerſione dignum, huiuſmodi homines frigido ſicco cerebro a primo ortu, & ſi facultates naturales habeant imbecilliores, nec bellè alimenta concoquant, nec excrementa tam cerebri, quàm aliundè tranſmiſſa expellant, aut reſoluant, vnde Rheumatiſmus, has tamen functiones animi habere præſtãtiſſimas. Valẽt enim prudentia ac iudicio: illiſque ineſt opinionum grauitas, ingenij acumen, memoriæ firmitas, quæ omnia ſiccitati moderatæ natiuæ adſcribũtur, addita tamen paucula frigiditate. Hi caneſcunt ante tempus & præmaturè, præſertim capillis potius quàm barba: & alia ſenectutis teſtimonia in capite cito oſtendunt: habitu ſunt emaciato, colore faciei nec florido, nec viuido, aſpectu fixo.

Cerebrum quouis modo imbecillium deſtillatione ſacilè tẽtatur.

Denique, qui cerebrum habẽt imbecillum ſiue à natura, & mala conformatione,

 16

matione,vel curſu ætatis, vel longa intempeſtiuaque cerebri defatigatione, aut à morbis, vt ictu, vulnere capitis, lue venerea, & illitu vnguenti ex hydrargyro, aut errore in cauſis ſalubribus. hi omnes Rheumatiſmo & deſtillationibus citius capiuntur,niſi diligenti cura capiti prouiderint.

Cæterum temperamentorum dictorum differentias cognoſces ex capitis conformatione proba, mala,

Capillis rectis, criſpis, illi enim à frig. hi à cal. ſicc.
robuſtis, gracilibus, illi à ſicco,hi ab humido.
flauis, nigris. hi à cal. ſicc.

Quibus notis. Cerebri temperamẽtum dignoſcus.

A colore faciei viuido, ex albo roſeo, fuſco,obſcuro, flauo,pallido,liuido.

Ab excremẽtis palati, nariũ, auriũ,oculorum, { *multis,paucis,coctis,liquidis.*

A iuuantibus,

Nocentibus.

Nocentibus. alij enim læduntur facilè calidis, alij frigidis.

A ſomnolentia,
vigiliis,
victu præcedente.

A principum animi facultatum virtute vel vitio, ingenij ſcilicet, iudicij, & memoriæ.

An Rheumatiſmus & deſtillationes fiant etiam vitio viſcerum & partium inferiorum.

FErnelius noſtræ ætatis philoſophus primi nominis, & medicus exercitatiſſimus, negat calorem hepatis aliquid efficere ad deſtillationes & catarrhos, immo hos potius fieri ab intēperaturis frigidis, & frigidis humidis, quàm calidis. Ad eius opinionem confirmandā hoc etiam addi poteſt, Galenum, cum loquitur de cauſis deſtillationum, fontem cuiuſlibet rheumatiſmi conſtitue-

de ſanitate tuend.

re

re cerebrum,nunquam hepar: & in arte medica, intemperaturas cerebri deſtillationum cauſas recenſeri, non hepatis. Illud etiam addam, ſi iecoris caloris exuperãtia rheumatiſmos vel gigneret,aut foueret,conſequi, vt iuuenes bilioſi deſtillationibus & catarrhis magis eſſent obnoxij, quàm ſenes, cuius contrarium experientia confirmat. At medicorum Arabum turba, poſteriórque medicina putant à feruentiori iocinore Rheumatiſmum & excitari & foueri:ratióque dictat,in huiuſmodi intemperaturis, maximam vaporum copiam à viſcere præcalido, & toto vaſorum ambitu ad caput ferri, dum ſcilicet in talibus ſanguis calidior & feruidior ad cerebrum euaporat,vnde capitis repletio & Rheumatiſmus: & qui huiuſmodi temperamẽtum ſunt nacti, venas habent amplas, ſanguine abundãt feruido, vaporabili. Veriſimile eſt igitur,his cito caput impleri & deſtil-

poſterior medicina contra Galenũ & Fernelium.

lationibus cito tentari. Iam experimentis quotidie obſeruamus, calorem febrilem liqueſacere humores, & diffundere in vapores: vnde ſæpe in acceſſionibus febrium, tuſſicula, & cephalalgia, à vaporibus eleuatis à febrili calore. Ad hunc modum ab hepate calidiore ſanguis & vapores efferueſcentes per vaſa feruntur ad caput, præſertim imbecillum aut intemperatum. Præterea qui ſunt hepate præcalido, ferè contingit, vt ſint ventriculo frigidiori, quod ſcilicet exuperantia caloris hepatis abſumat pinguedinem omenti, & muſculos obdominis graciliores reddat: vnde vẽtriculus imbecillius coquit: quòd non foueatur ab omento & carne muſculorũ. Adde etiam, quod hèpar præcalidum rapit à ventriculo cibos crudiores, trahitque præproperè ante perfectam ventriculi concoctionem: vnde magna copia crudiorum vaporum, aut etiam mixtorum ad caput defertur.

hepatis calor igneus & voracitas, implet cerebrũ vaporibus.

An

An ſympathia & cōſenſu ventriculi fiat Rheumatiſmus & deſtillatio.

VEntriculus frigidior, aut imbecillior ad concoquenda alimenta, vel ſi oneretur ciborum copia, laborétque ſæpe cruditatibus, accerſit deſtillationes, laceſſitque cerebrum, dum craſſos nebuloſoſque vapores ſurſum attollit: atque ita catarrhi & rheumatiſmi origo interdum fuerit, ſi non proxima & continens, ſaltem antecedens & corporea. Obſeruamus quotidie ventriculi & partium naturalium imbecillitatem gignere defluxiones in vinolentis, in ſenibus à cibo ſomniculoſis, in quibus concoctrix ventriculi diminutè & languidè agens in cibos, creat flatus & vapores craſſos turbidoſque: vnde rheumatiſmus. Hac etiam ratione videmus literarum ſtudioſos, & qui pertinaci & improbo labore ad artes ingenuas cōtendunt ῥευματιζομένυς. nam in his ven

Ventriculi imbecillitas cur rheumatiſmi cauſa

Literarum ſtudioſi, cu deſtillationibus obnoxij.

triculus deſtituitur ſuo calore, aberrátque ab operatione naturali & ciborũ concoctione:atque ita φιλομούσοις,& literarum cultoribus capita implentur ſympathia ſtomachi malè concoquentis. Suntque omnes hi muſis nimium ſacra facientes, excrementoſi more ſenum,propter frigiditatem cerebri accidentariam, qua tandem imbecillitatẽ cõtrahunt. vnde paratiores ad recipiẽdos vapores è ventriculo:indéque fit in illis concurſus ac circulus quidam cauſarum mutuarum ac ſymptomatum,inter cerebrum & ventriculum ad deſtillationis generationem. Nam ventriculi frigiditas dum caloris inopia,cruditates,flatus,& vápores nebuloſos gignit, cerebrum deſtillationibus oportunũ reddit: contra à cerebro imbecilli & pleno deſtillant excrementa varia in ventriculum,vnde rurſus coctiones læduntur: fitque cauſarum quædam velut circulatio.

Circulus ſymptomatum inter cerebrũ & ventriculũ.

An

An lienoſi ſint deſtillationibus & catharris obnoxij.

HIppocrates, Mauritani, omneſque fere recentiores exiſtimant lienoſos, quique habent ſplenem magnum, durum, inflatum, non moleſtari Rheumatiſmo ac deſtillationibus: & contra καταῤῥώδεις, deſtillationibuſque ſubiectos, non incidere in tumorem lienis, hac ratione, quòd Galeni auctoritate, & experimentis conſtet corporis excrementa ad partem imbecilliorem confluere, proinde σπληνικοὺς non tentari deſtillationibus: quod ſuperuacua ab omnibus corporis partibus ad lienem ferantur, non ad caput. Adde etiã quod in lienoſis humores ſunt craſſiores, quàm vt Rheumatiſmos a cerebro creare poſſint, vt pote cum à tenui excremento & liquido fere excitentur. Proinde deſtillationibus parati, non fiunt lienoſi. A contrarijs enim cauſis &

6. epidem.

2. de facul. nat.

Deſtillatio, & lienis tumor à cauſis contrarijs.

humoribus excitantur, deſtillatio, & lienis tumor. Scio tamen complures lienoſos, in quibus ſplen magnus, durus, ſiue ob imbecillitatem expultricis facultatis aut concoctricis, ſiue obſtructionem emiſſariorum lienis ad inteſtina & meſaræum, & alios ductus, aſſiduo moleſtari Rheumatiſmo, vel quod ſplen excremento frigido & acido tumeſcens, vẽtriculum premat & refrigeret: vnde imbecillitas & tarditas concoctionis, cruditates, ructus moleſti, vaporũ craſſorum copia. Nec a ratione & vero alienum videri debet, ſi huiuſmodi lienoſi deſtillationibus moleſtentur. Video Burdigalæ σπληνικοὺς quoſdam perpetuò querulos, ἀχροὺς & decolores, Rheumatiſmis & deſtillationibus adeo obnoxios, vt leuiſſima quaque occaſione minimóque ſenſu frigoris de repẽtè occurſantis capiti aut pectori, grauedine aut raucedine, aut alia deſtillatione corripiãtur protinuſque fiãt rauci,

ci, & tuſſiculoſi, ὀφθαλμικοὶ, lippientes. 20

Cur tanta excrementorum copia in capite humano congeratur: & cur animantium omnium homo deſtillationibus & Rheumatiſmis magis obnoxius, cum omniũ animalium homo ſit temperatiſsimus.

GAllinas in noſtrũ orbem inuectas. Grauedine & Rheumatiſmo laborare audio. Oues quoque deſtillatione κορύζα & grauedine moleſtari ex Ariſtotele & ruſticorũ obſeruatione, colligere licet. Et Columella oues pulmonum vitiis à deſtillatione aliquando tẽtari ſcripſit. At quòd animalium omnium homo Rheumatiſmis maximè ſit obnoxius, omnes tum medici, tum philoſophi ſcripſerunt. Cuius rei variæ ab auctoribus cauſæ traduntur. Prima,

Oues pituita & deſtillatione in pulmones tentantur. Libr. 7.

quod grandius cerebrũ, corporis proportione, quàm cætera animalia homo eſt ſortitus. At cum cerebrum natura ſua vt eſt pars ſimilaris, ſit frigidiſſimum,humidiſſimumque,plurima colligat excrementa frigida neceſſe eſt: vnde frequens Rheumatiſmus in homine. Sed quærat hoc loco fortaſſe aliquis, cur cerebrum, partem omnium nobiliſſimam,functiones habens nobiliſſimas, adeò frigidum natura crearit, & omnino exangue, vt eſt pars ὁμοιομερὴς, cum alias duas partes principes cor & hepar calidiſſimas condiderit.

de part. ani. libr. 2. cap. 7.

Ariſtoteles factum putat,vt calori cordis opponatur frigiditas cerebri ſuprapoſiti. Qua naturali frigiditate ſi fortè cerebrum deſtituatur, videmus quotidie ſequi deliria, maniam, vigilias pertinaces,mentis læſiones,& grauiſſima alia ſymptomata. Cerebrum etiam frigidum eſſe oportuit cauſa ſomni. Hic enim obrepit à frigiditate cerebri, quod

tanquam

tanquam capitellũ ſtillatitium in ſubli mi ſede eſt locatum, vt vapores à viſce ribus admittat. Nam quemadmodum vapor à terra calfacta exhalat, effertur-que in ſublimè vi caloris, qui vbi ſupe-rum aërem ſubierit frigidum, conſiſtit, & in aquam propter refrigerationem commutatur, atque in terram defluit, ita à viſceribus euaporatio plurima in caput fertur, quæ cerebri frigiditate denſata refluit, caput grauat, calore-que ad intima refugiente, ſomnus ob-repit, & quies ſenſuum. Cauſa alia, cur homo animantiũ deſtillationi maximè ſit obnoxius traditur ab Hippocrate: quod ſcilicet homini caput ſit ſublime, cauum, & tanquam cucurbitula ſupra-poſita viſceribus: à quibus, tanquam ca pitellum ſuprapoſitum, vapores reci-pit, vt dictũ eſt ſupra: quos tamen ple-rumque coquere & reſoluere nequit. Huc accedit, quod homo ſolus animan tium erecta baſi & ſpina, plantarũ mo-

Somnus eſt à cerebri fri giditate.

do

do, rectus ſtat & incedit: vnde fit, vt à viſceribus calidis euaporationes plurimæ recta via in caput ferantur, ſecus quam in aliis animalibus, quæ ceruicẽ & caput magna ex parte prona tenent. Tertia ratio cur videamus inter animantia homines ſæpius ῥευματίζεσθαι, erit, quod terreſtria & volatilia animalia cibos capiãt vt plurimum ſiccos, homo vero humidis magis quam aridis veſci ſolet, vnde excrementorum prouẽtus. Præterea caput hominis piloſius

Ariſt. eſt quam reliquum corpus, in cæteribus animantibus contra: Quod ſatis indicat, cerebrum hominis excrementis impleri, vnde Rheumatiſmus, in aliis vero animalibus excrementa abſumi in corium, pilos, ſetas, cornua. Denique inter cauſas, quæ deſtillationes frequẽtius in homine cient, non minimam eſſe puto, errorem in ratione victus, circa vſum cauſarum ſalubrium. Nam quum animantes reliquæ in capiendo cibo &

potu

potu ducem naturam ſequantur, declinentque alimenta & alia, quæ nocitura videntur, in nobis tam corruptus & effrænis eſt cibi & potionis appetitus, vt nec ſumẽdorum qualitatem, modum, horam, decernere conſtituereque poſſimus: aut ſi intelligamus, videamúſque meliora, tamen deteriora ſcientes, prudenteſque ſequamur: & ciborum & potuum lenociniis victi, & blanditiis illecti, ſæpe ſine fame & ſiti, voluptuarii & liguritores, cibos frequenti patinarum ordine appoſitos, capiamus: & cruda ſemicoctis ſæpe adiiciamus; & his cupediis, ac generoſo lenæo, lætificoque ſemiſepulti ſtatim ab epulis, in veternoſos ac lethæos demergamur ſopores, vnde vaporum & excrementorum in capite congeritur multitudo, cerebri imbecillitas, κεφαλαλγία, Rheumatiſmus.

Cauſarum externarum, Rheumatiſmi & deſtillationum paulo fuſior explicatio.

Omnes

Hæ cauſæ omnes concitant Rheumatiſmũ,

Frigore & adſtrictione, exprimendo:
Calore, fundendo, eliquãdo excremẽta:
Motu vehementi corporis vel animi, agitando humores.

Aquilo ex omnibus vẽtis frequentiſſimè ſpirat.

Aquilo & aër frigidior, inter cauſas excitantes Rheumatiſmũ & deſtillationes eſt potẽtiſſimus, præſertim his, qui ſũt rariori textura corporis. Tales enim per poros & ſpiracula corporis, & ſuturas capitis, & nares, Rheumatiſmos & damnum valetudinis à flatu aquilonio occurſante capiti vel pectori, facilè incurrunt. Quare qui partibus ſolidis ſunt ſicciores, excrementis tamen humidi, parteſque quaſdam habẽt imbecilliores, Aquilonis propinquantis vel iam ſpirantis noxas vix effugient. Hic auctor eſt grauedinis, raucitatis, ὀδονταλγίας, deſtillationis in pulmones phthoes, grauedinis anheloſæ (*coqueluche*

luche vocant,)aſthmatis, catarrhi ſuffocantis, orthopnœæ, & omnis generis arthritidos. Mouet enim & deturbat humores à capite, exprimendo, frigore, impellitque in inferiores partes imbecilliores. Nam quod manus premens eſt ſpongiæ humectatæ, id Aquilo eſt capiti excrementis pleno. Aquilo ſaluberrimus eſt quidem robuſtis, & qui bono & valido ſunt habitu, iuuenibus, humidis, euchymis, & qui firmas partes omnes corporis ſunt ſortiti: contra inſaluberrimus ijs, qui ſunt deſtillationibus oportuniſſimi. Illud hoc loco nõ omittendum, poſt Auſtrum flare ſemper Aquilonem, non cõtra. Quare qui deſtillationibus ſunt obnoxij, facilè ſibi cauere poſſunt, ab Aquilone, flãte Auſtro; & cauta victus ratione damna inſtãtis & futuri Boreæ anteuertere. Adnotatione dignum etiam, Aquilonem & Eurum, ventos ab Hippocrate & Ariſtotele commendatos, Burdigalæ tamen

Gal. in aph.

Aquilonis commoda, & incommoda. vide Aph. lib. 3.

Ariſtot. in probl.

tamen non admodum ſalubres obſeruari: quod huic vrbi inſideant frequentius caligines &nebulæ è locis paluſtribus vicinis in ſolis ortu ſublatæ, quas deinde Eurus & Boreas ſpirantes, in vrbem propellunt: vnde hominum capita implentur:& hinc deſtillationes.

Fundendo & eliquando humores deſtillationes facit.

Auſtrini flatus noxas lege apud Hippo. 3. aph.

Auſter mouet deſtillationes & Rheumatiſmos, dum fundit & liquat excremēta & humores capitis ſuperuacuos. Aduerſatur autem maximè ijs, qui capite ſunt calido humido. Hos reddit *καριβαρικοὺς*, pigros, graues, languidos *ῥευματιζομένους*. quæ ōnia ſymptomata cōtingunt, ob adauctam & fuſam excrementorum capitis multitudinem. Mutationes repētinæ Auſtri ad Aquilonē pariunt morbos. Meridianus æſtus, ſolque feruidus, & ambulatio longa ſub ſole, præſertim a cibo copioſo, Rheumatiſmos ſuſcitat in ijs maxime, qui apricari non conſueuerunt, nec ferunt inſolatum, ob capitis imbecillitatem.

Laconicum, ſiue hypocauſtum, vtrumque & ſiccum, & humidum, ſi intempeſtiuè adhibeantur, præſertim in homine crudo, & vbi magna ſubeſt viſcerum, aut partis alicuius imbecillitas, eſt aduerſiſſimum. Nam liquati humores, in partem debiliorem deſtillant. *Staphas & Vaporariũ vocant.*

Solium, ſiue balneum aquæ tepidæ, aut calentis, interim etiam calidioris quali ſolent vti puerperæ, ſi parum tẽpeſtiuæ adminiſtretur, humores & excrementa liquefacta in partes imbecilliores deturbat, caput vaporib⁹ implet, & deſtillationibus opportunum reddit. *Gal 3. ſan. tuẽd. & x. meth.*

Exercitatio quoque, aut potius labor & motus ſtatim a cibo copioſo, pleno & crudo ventriculo, deſtillationes cacochymiam parit. Nam ſupercalfactis viſceribus, vapores in caput feruntur. Vnde capitis repletio, & mox deſtillatio. hinc etiam obſtructio viſcerũ, icterus, & fœdus color. *Motus intempeſtiui ſaltationes laborioſæ ſtatim à cibo.*

Crapula, frequens cruditas, vinolẽt ia,

tia, ciborum helluatio & Ingurgitatio caput implent, debilitant, obnoxiūque Rheumatiſmo reddūt, Videmus enim vino & crapulæ aſſuetos, lippientes, oculorū rubore ſuffuſos, lachrimoſos, tremulos καὶ ῥευματιζομένους: in quibus pallor, genæ pendulæ, caput graue, βράγχος, κόρυζα.

vide Plin. lib. 14.

Vina Generoſa, vinoſa, vaporoſa, immodica, meraca capiti calido aut imbecilli aduerſiſſima. Caput enim feriunt, ac implent vaporibus: vnde Rheumatiſmi. Bibere etiam ſtatim primis epulis, deſtillationes concitat. nam hepar calfacit & caput citius implet.

Aromata, Allia, cæpe, Raphanus, radices omnes, Legumina tum recētia, tum vetera, Braſſica, eruca, acetaria cruda,	Hæc omnia negotium faceſſunt ſtomacho, & Caput implent craſſis & nebuloſis exhalationibus. Vnde

Alimēta omnia, ſiue carnes, ſiue piſces, quæ ægrè coquuntur, pariunt cephalalgias & deſtillationes.

Somnus meridianus, aut aliâs ſtatim à cibo copioſo, & diuturnus, ac præter conſuetudinem, caput vaporibus implet & grauè reddit, deſtillationéſque concitat.

Statim ab epulis, ſtudio literarū incumbere, & pertinaci labore totas noctes libris immori ventriculum refrigerat, concoctionem interturbat, caput vaporibus crudis, craſſis, nebuloſis implet. Hinc ſtomachi cruditates, Rheumatiſmus & deſtillatio. Nam mentis perpetua contentione, & immodicis vigiliis cerebrum infirmatur: alimentū proprium deterius imbecilliuſque coquit, plus excrementorum colligit quā reſoluere queat. Hinc ſæpe videas φιλομαθέις καὶ φιλομούσους pallidos, tuſsiculoſos, ἄχρους ῥευματιζομένους, & ante tē-

pus venire ad canos, frigeſcentémque ſenectam,

Animi pathemata percellunt cerebrum & infirmãt, agitant humores expultricem irritãt.

Ira, excandeſcentia, vociferatio magna, vehemens animi contentio, effrænatiores animi perturbationes, ac παθήματα, quibus tanquàm procellis mens iactatur, caput ac cerebrum mirè lædunt, debilitant, ac vaporibus feriunt ac implent, vnde catarrhi & defluxiones. Vidi quoſdam tam feroci excandeſcentia emotos, & raptos, vt in apoplexiam, alios in paraplegiã, aut paralyſim, raucitatem, catarrhum ſuffocãtem inciderint, deturbato ſcilicet & agitato humore excrementitio cerebri in partes ſubiectas.

Ratio victus humidior, vt iuſculorũ & iurulẽtorum: adhæc ceraſorum, prunorum, malorum, & fugacium fructuũ, lactucarum & olerum, piſciumque immodicus vſus, potio frequens vini vel aquæ & pitiſſatio Rheumatiſmos gignunt, quod ſanguinem ſeroſiorem, &

magis

magis fiuxilem efficiant,& ſuperuacua, excrementa frigida humida relinquāt, quæ ſunt materia deſtillationis.

Verſari diu ſub dio in aëre ſerotino, die creſpuſculaſcēte,catarrhos & Rheumatiſmos accerſere a pleriſque creditur. Tum enim neſcio quid roſidum è cælo decidit in aërem inferiorē, quod capiti aduerſiſsimum. Et teſtimonio Ariſtotelis, die ſero creſpuſculaſcente, & in aurora, frigus rorulentum fit amplius quàm nocte intempeſta: quoniā ſole diſcedente & mane die inſtante, ros tum cadit atque pruina, quæ frigida ſunt.

Frigus ſerotinum rorulentum. Ariſt. in prob.

De natura cauſæ continentis, & excremēti fluentis in Rheumatiſmo.

DE natura, qualitate, conſiſtentia humoris defluentis in catarrhis & Rheumatiſmo, non vna eademque eſt inter medicos ſententia. Nam Ferne-

lius noſtræ memoriæ acutiſsimus, celeberrimuſque medicus, deſtillationum ac Rheumatiſmorum omnium cauſam vnicam continentem facit, humorem ſcilicet pituitoſum tenuem : vel ſeroſum, ſed omnino frigidum. Opinionem ſuam veriſimilẽ facit hac ratione. Cerebrum omne, vt eſt pars ſimilaris, frigidum eſt & humidũ : ſi ſpectes id, quod in mixtura pollet, & collatione facta ad partem temperatiſsimam, oportet autem excrementum cerebri reſpondere & imitari naturam & temperaturam partis, cuius eſt excrementum. Erit igitur cerebri excrementum pituitoſum aquoſum, liquidum, aut ſubdulce, vel modice ſeroſum. Adde etiam opinioni Fernelii: quod in capitis diſſectionibus nullum aliud in ſinibus & ventriculis cerebri excrementum inuenias, præter dictum humorẽ ſeroſum & tenuẽ, pituitoſumque, atque hac argumentatione colligere poſſumus, cuiuſcũque deſtillationis

Rationes Fernelij quibus probat in omni deſtillatione, humorẽ eſſe frig. tenuẽ.

deſtillationis & Rheumatiſmi cauſam continentem & proximam materiamque defluentem eſſe frigidam, aquoſam, ſeroſam, tenuem. At Galeni, Pauli, Aëtij ſcripta, ſententiæ & opinioni Fernelij apertè repugnant. Nam Galenus ſexto ſanit. tuendæ, deſtillationum à cerebro in partes ſubiectas, aliam frigidã facit: aliam, calidam acrem, & erodentem: & vtrámque ferri ſæpe in fauces, gulam, ventriculum, vel guttur, laryngem, arteriam aſperam, pulmones: & pro caliditate, aut frigiditate humoris defluentis, varia excitari ſymptomata. Nam ſi frigida ſit defluxio, excitabit δυσπεψίας, cruditates, ructus acidos: ſin calida, ructus creabit nidoroſos, fœtentes, appetentiam deiiciet. Eadem ſcribit Aëtius libr. octauo capite de catarrho, & Paulus libr. 3. Arabum etiam ſchola poſteriorque omnis medicina, in Rheumatiſmis & catarrhis humorẽ deſtillantem, alium frigidum faciunt, *Galeni & Arabũ opinio contra Fernelium.*

alium calidum: & modo tenuem, modo craſſum, viſcidum, glutinoſum:
Nunc dulcem, inſipidum, ἄποιον, aquoſum, acidum:
Nunc ſalſum, amarum, acrem, erodentem. Sed hæc fuſius explicabuntur à nobis, Deo fauente, in commentario de tuſſi & pleuritide.

Pro Galeni & Arabum opinione, illud obiter adiiciam, in intemperaturis & morbis calidioribus gigni in cerebro excrementum calidius & acrius: & vapores à viſceribus aliquādo præcalidis & æſtuantibus mitti feruidiores: qui miſti retrimentis ſuperuacaneis cerebri ea reddunt calore, vel putredine, vel miſcella, acriora, mordacia, ſalſa. Ad hæc ſi vrina, ſanguinis ſerum, in homine bellè valente, ſufflaua eſt & moderatè ſubſalſa, calore tamen febrili, vel intemperatura calidiore hepatis, vel renum, aut generis venoſi, fit acrior magiſque nitroſa, & amaricās, adeò vt mordaces

ſint vrinæ, cur non excrementum ſeroſum cerebri,à ſimilibus cauſis non alterabitur,qualitate, colore, & conſiſtentia? Nec hac in parte per incuriam,illud omiſero, excrementa cerebri in ipſa defluxione ac decurſu,longa viæ mora incraſſari,& qualitate,conſiſtentia,ſapore mutari. Pituita enim frigida,tenuis, aquoſa,in cerebri ventriculis,deſtillando ſenſim in arteriam aſperam,& bronchia pulmonum,in ipſo lento prolapſu fit craſsior,ſalſa & calidior,ad flauitiem, aut virorem colore mutata. Idem contingit muco narium, & pulmonum excrementis.

Quibus meatibus & viis deſtillat humor à capite in partes ſubiectas.

IN Rheumatiſmo excrementa & humor ſuperuacaneus capitis,deſtillant aliquando à ventriculis cerebri, per choanem ac infundibulum ad foramē

palati,in os, fauces, gulam, guttur, arteriam, pulmones: vnde ſymptomatũ & morborum variæ differentiæ ac genera paulo ante ſcripta. Aut decurrunt excrementa capitis & cerebri, à ſpatio intra cranium & meninges ex iis locis, quæ ſub calua ſunt: fertúrque humor excrementicius defluens in interiores etiam corporis ſedes, modo in neruorum origines eas obſtruens, vel comprimẽs, irrigãs, reſoluens: vnde apoplexiæ, paraplegiæ, paralyſes, tremor, ſtupor: & in ſenſuum organa, hinc cæcitas, hypochyſes, ſurditas derepente, aut grauis auditus. *Fernelius.* Sæpe vero in ſummo capite extra caluam, ſub cute verticis, humor ſeroſus multus colligitur, qui præ cutis denſitate foras vaporare & diſflari non poteſt. Hic à vertice per ſumma corporis, ſub cute laxa, modo ἠρέμα, modo ἀθρόως in partes ſubiectas deſtillat, nempe oculos, maxillas, dentes, ceruicem, ſcapulas & brachia, digitos,

coxen-

coxendicem, ſpinam, denique in omnes articulos. Sunt qui etiam exiſtimãt humores & excrementa defluere à capite per occultos cæcoſque ductus in partes dictas. Corpus enim eſt confluxile. Hoc loco illud quoque attexam, deſtillationem ac Rheumatiſmum propriè veréque dici de excrementis cerebri defluentibus in loca ſuppoſita per vias amplas & laxas, vt per infundibulũ ad foramen palati, per œſophagum in ventriculum, arteriam aſperam, in pulmones: aut per vias ſubcutaneas, aut cæcos meatus in articulos. Atque eiuſmodi excrementa cerebri ſeroſa, aut pituitoſa, liquida, materiam ſcilicet deſtillationum, rarò aut nunquam gignere tumores, præſertim qui ſuppurentur vt ex podagra, chiragra, aliiſque arthritidibus intelligere licet. At fluxiones ſuccorum & ſanguinis, quæ fiunt per venas & arterias in partem imbecilliorẽ, faciúntque phlegmonas, & alios tumores

res præter naturã, non dicuntur rectè catarrhi nec Rheumatiſmi, vt initio diximus, ſed nomine communi fluxiones: quæ differũt à Rheumatiſmis, materia, loco & ortu, ac via, qua decurrunt. Galenus enim decimotertio methodi tumores omnes præter naturam fieri à fluxione ſanguinis per vaſa in particulas imbecilliores ſcriptum reliquit: at ſexto ſanit. tuendæ, fluxionẽ capit pro deſtillatione excrementorum à capite in partes ſubiectas.

Curatio vniuerſalis Catarrhi, Rheumatiſmi, ac defluxionis.

Curatio rheumatiſmi in genere.

CVraturus Rheumatiſmum debet prius tollere, morbum & cauſam quam ſymptoma, nempe Intemperiẽ, Imbecillitatem, & repletionem cerebri & capitis, deinde ipſum humoris defluxum, ac excrementorum deſtillationem, tandem fluxionis ſymptomata.

Nam

Nam ſymptoma, plerũque eſt cauſa alterius ſymptomatis vel morbi.

Præterea ante quam manum admoueat ῥευματιζομένῳ, multa animo voluere debet,

Qui ſtudet curare deſtillationes, multa animo cogites oportet.

An ſenſim καὶ ἤρεμα defluxio fiat, An ἀθρόως & affatim magnóque impete feratur & ruat humorum decurſus?

An grauis quædam noxa, & vitæ periculum inmineat ei, qui rheumatiſmo conflictatur? vt in catarrho ſuffocante, in aſthmate aut orthopnoea, in paraplegia repente inuadente: An defluxio ſenſim & leuiter fiat, idque in partem ignobilem, vt in articulos?

An cauſæ omnes, præſertim euidẽs & interna qualitate agente conueniãt: id eſt, an vtraque calida, vel vtraque frigida, An potius inter ſe pugnent. Nam ſi humor deſtillans ſit frigidus, & cauſa externa frigida, veluti Aquilo vel aer frigidor tunc audacter cauſis ſalubribus calfacientibus vtendum: & ſi humor

decurrens

decurrẽs ſit acris & mordax, cauſáque ſit inſolatio, vel æſtus, confidenter refrigerabimus: at ſi cauſarum ſit pugna & contrarietas, attentius vidẽdum vtri maior cura ſit adhibẽda. Nam fit ſæpe, vt deſtillatio calida ab Aquilone frigido excitetur: & frigidus humor a capite decurrat, qui ab æſtu & ſole meridiano, fluxionis initia acceperit.

His ita ſuppoſitis & perpensè conſideratis, cauſaque externa ſublata, medicus ſtudeat tollere cauſam internam antecedentem, & continentem, materiamque Rheumatiſmi, quatenus eſt in fluxu, vel breui fluxura.

Curationis Rheumatiſmi & Cattarrhi περιοχὴ & ſumma.

Primum, Euacuare corpus vniuerſũ oportet.

Dein particulatim vacuare caput. Id fiet

Reuulſio-

31

Renulſione ad longinqua:

Deriuatione ad propinqua & viciniora:

Adpoſitione topicorum,quæ exhauriant reliquias cauſæ continentis.

Curſus humoris deſtillantis ſiſtatur, reprimatúrque.

Imbecillitas a lõgo morbo relicta,quæ facit vt fluxio perſeueret,vel cito recurrat,emendetur,corrigatur.

Caput & cerebrum ſiccentur,& firmẽtur topicis.

Partes ſubiectæ fluxionem recipiẽtes, roborentur.

Explicatio περιοχῆς & ſummæ agendorum.

CVrationem methodicã medicus auſpicabitur ab euacuationé totius corporis,primum a miſſione ſanguinis, ſi febris adſit, ſi corpus præcalidum, ſanguine abundans, aut ſi metus adſit,

ne

ne fluxio ruat in partem nobilem, & faciat metum inflammationis, vt pleuritidos, peripneumoniæ, anginæ, aut grauioris alicuius alterius morbi,

A miſſione ſanguinis, aut ea omiſſa, ſi nō videatur neceſſaria, purgetur cōueniēti medicamēto idque ſtatim initio. Nec enim valde moror in hoc affectu, zulapia, ſyrupos, decocta Mauritanorum, recentiorumque penè omniū medicorum, quibus putant ſe multis diebus præparare, coquere, adæquare (ſic enim loquūtur) materiā Rheumatiſmi. Cū enim deſtillationis & Rheumatiſmi cauſa cōtinens & materia ſit fere pituita ſeroſa, liquida, tenuis, aquoſa, vel acris, bilioſa: humorque ſit fluxilis & turgens, è loco in alium decurrens, ac metus ſit periculumque, ne in partem aliquam nobilem ruat ac prolabatur, quis medicus non videt ex ſententia Hippocratis & Galeni huiuſmodi

Humores Seroſi Bilioſi turgentes, non debent præparari.

 32

di humores tenues & turgentes ſtatim è corpore vacuandos? Loquor hic de purgatione materiæ Rheumatiſmi, habita ratione fluxionis & materiæ fluxilis, & turgentis. Agimus enim hîc de deſtillationibus quæ vacuari debẽt per aluum ope medicamenti cathartici. Nec enim exiſtimant materiam & cauſam proximam Rheumatiſmi eſſe pituitam lentam, craſſam, viſcidam, quæ hæret in bronchijs pulmonum, cum hæc ſit potius ſymptoma Rheumatiſmi. Symtoma enim, alquando cauſa eſt morbi vel alterius ſymptomatis. Scimus autem hanc pituitam viſcidã, hærẽtem debere apparari, attenuari, incidi ad faciliorem expectorationem. At cum nunc agatur de purgatione totius corporis, in Rheumatiſmo, ad humoris ſeroſi & tenuis eductionem, nulla præparatione, attenuatione, aut incraſſatione, vt per aluũ educatur, opus eſſe putamus. Purgabitur itaque humor

Vt vult Botallus.

mor,qui Rheumatiſmi eſt cauſa, medicamento conſentaneo, habita ſemper ratione temperamenti, habitus corporis, copiæ humoris & eius qualitatis, cæli, & conſuetudinis, & virium, quæ omnia perpendenda medici prudētiæ relinquo, qui pharmacum concinnabit forma potionis, apozematis, opiatę, vel pilularum, indicationibus ſumptis à rebus paulò ante commemoratis.

Reuulſio à Capite ad longinquas partes fiet

FRictione valenti partium inferiorū, ſupernè deorſū ductis frictionibus, vt ab inguinibus ad imos pedes, à ceruice & dorſo ad nates,

Vinculis & ligaturis extremorum dolorificis:

Cucurbitulis admotis dorſo, natibus, cruribus:

Lotione pedum decocto roſmarini, lauri,

lauri, pulegij, floris anethi, & ſimilium:

Clyſtere acriori multiplici:

Prouocatione vrinarum. Nam materia eſt ſeroſa & tenuis, atque ita per vrinas poteſt reuelli & vacuari:

Prouocatione ſudoris, & cutanea tranſpiratione, qua materia Rheumatiſmi ad circunferentiam reuellitur:

Prouocatione hæmorrhoidum, & menſium.

Deriuatur humor excrementitius à capite ad loca viciniora & ptopinqua.

ERrhinis. Hæc trahunt excrementa cerebri, & per nares expurgãt. Hæc conferunt, ſi deſtillatio fluat in fauces, & pulmones.

Gargariſmatis, *Apophegmatiſmis*, Hæc varia inſtituũtur, pro ſcopis & indicationibus diuerſis.

Quatuor caſibus ſunt ſuſpecta in Rheumatiſmis. vide Scholiaſt. in Rhaſin.

Cucurbitulis	ceruici & ſcapulis admotis.
Prouocatione lachrymarum,	cepa, oleo, aceto, vino, corpore tamen prius exquiſitè purgato.
Sternutatione,	corpore accuratè prius vacuato: alioqui ſternutationes in Rheumatiſmo præſertim initio ſũt ſuſpectæ, vt ſignum, & vt cauſa.

auertit per nares, corpore bene vacuato.

Sectione venarum ſub lingua, vt in paralyſi linguæ, angina.

Gal. x, 7. Sectione venarum temporum, frontis, poſt aures, in affectu inueterato capitis.

Appoſitione ſanguiſugarum, capiti raſo, fronti, poſt aures.

Reliquiæ humoris à capite extrahũtur & à loco diſcutiuntur.

Lotione

Lotione capitis tonſi, ex decocto cephalicorum, vt maioranæ, roſmarini, florum anthos, ſtœchados, agarici, addito pauco vino albo.

Puluere cephalico diſcutiente, ex maiorana, meliſſa, ſemine gith, cortice citri, flore anthos, ſtœchados, caryophyllis. Licebit & addere puluerem capiti tonſo, vel raſo, ſuperaddita cānabe molli, carpta & ſiccata. Poterit hic puluis etiam concinnari in cucuffam vocatam,

Suffitu & hypothymiamate, ex thure, gummi iuniperi, ſtyrace, gummi hederæ, calamo aromatico, caryophyllis, ſe. nigellæ. pulucrantur omnia, puluis aſpergitur & cineribus calidis, ſuffiuntur ornamenta capitis.

Dropace, Rec. picis vnc. iiij, piperis, nucis muſc. drach. j. olei chame. parum fiat dropax, ſuper pannum lineum, admoueatur capiti raſo.

Sinapiſmo, Rec. ſe. ſinapis. pulu. drach.

ij.ſtercoris columbini,gummi ruthæ ana, drach.j.ſ.caſtorei drach.ſ. olei rutæ q.ſ.fac .vnguentum. Capiti raſo admoue.

Phœnigmo, rubrificante medicamento,quod ruborem in cute facit, bullas excitat, puſtulas ciet, & exulcerat. Porrò materia ex qua fiũt phœnigmi,(veſicatoria vocant) Sunt

Ex his quædã trahunt fere ex alto, alia ruborem,in cute faciunt, alia bullas excitant,alia vlcerãt.

Læpidium,
Sinapi,Flammula,
Naſturcium hortenſe,
Fimus colũbinus frequens Galeno,
Stercus palũbiũ, & caprillum,
Vrtica,
Ranũculorum genera,
Thapſia,
Euphorbium,
Fex vſta,
Cantharides,

Stercora diluuntur aceto, & admouentur capiti raſo, trãhunt calore & acrimonia, à putredine ortis.

δριμεῖα
πυρωτικὰ,
ἀμυκτικὰ
ἑλκωτικὰ
ἐσχαρωτικὰ.

Qui medicinam faciunt radunt caput ad ſuturam coronalem, qua parte iungitur cum ſagittali:dein fricant panno aſpero, vel cæpa: mox admouent, emplaſtrum de ſinapi, ſcriptum à meſuæ ex Democrito, hic ſinapiſmus,breui fit φοινιγμὸς & rubrificatio, tandem ampullas & bullas excitat, præſertim ſi ſinapi augeas, aut addas ſe. naſturcii, aut ſtercus columborum agreſtium.

Sinapi tritum & per ſe admotum, ἀμυντικώτερον καὶ ἑλκωτικώτερον, valentiuſque vlcerat. *Gal.3.temperament.*

Rec.cantharidum duas vel tres, pro quantitate pyrotici phœnigmi,excipe fermento & aceto acri, imponatur capiti ad ſuturam coronalem. Breui mora rubor fiet,horis decem bullæ excitabuntur,vlcus etiam, ſi valens ſit phœnigmus, ampullæ configuntur, relinquitur vlcus diutius manare. quod vt felicius fiat admouētur folia braſſicæ modicè calfactæ vlceri, vt ad multos dies

dies ſit apertile & fluens. Sunt qui quinto quoque die renouant phœnigmũ, vſque ad dies quadraginta.

Rec. folia lepidij, vel ranunculi cuiuſlibet, vel vrticæ, vel naſturcij hortenſis, aut alterius ſimilis facultatis igneæ, contundantur, imponantur loco dicto, cum ligatura premente, tribus aut 4. horis ampullas excitabit, vlcerabitque, vel ſaltem breui mora.

Matthæus Gradenſis. Sunt qui admonent non ſupra ſuturam coronalem, ſed poſt aures infra tuberculum oſſis occipitij, ea parte, quæ magis excarnis eſt & libera à muſculorum inſertionibus & exortibus.

Sunt qui reformidant vſum phœnigmi, in quo cantharidum eſt quantitas magna, hi vtentur ſequenti.

Rec. pulueris piperis, emphorbij, pyrethri, ſynapis ana, drach. ſ. cantharidũ, ſcr. j. excipiãtur fermẽto & aceto acri,

Oportet accuratè obſeruare phœnigmi effectum, ne plus quàm expedit,

dit,in partem agat. Corpora enim mollia,delicatiora,vt puerorum,fœminarũ, citò πυρόδικοῖς offenduntur.

Si horum vſu Rheumatiſmus nõ curetur,ſunt, qui in Catarrho & deſtillationibus pertinacibus, periculoſiſque,minantibus φθόην & tabem, fouentibuſque aſthma & orthopnœam, adhibent cauterium ignitum,& vſtionem, in loco, vbi ſagittalis corona copulatur cũ coronali: imprimũtque cauterium vſque ad ipſum os,vt excremẽta cerebri, præſertim vapores acres & fuliginoſi, per has ſuturas euocẽtur,foras exhalẽt

Hæc magis conueniunt in deſtillationibus, ac intemperaturis cereb. frigidis. Gal.9.de vſu part.

Rationes eorum, qui in Rheumatiſmis & deſtillationibus periculoſis,vt minantibus φθόην,& tabẽ, & aſthma terrificum,cauterio ferróque candenti vtendum cenſent.

In deſtillationibus lõgis & periculoſis an cauteriũ capiti admouẽdum.

HIppocrates in arte medica,citra cõtrouerſiam primas tenens, & de quo dicere licet, αὐτὸς ἔφα, in deſtilla-

lib. de acie & viſu. tionibus & Rheumatiſmo ad pulmones decurrentibus, vt humor in contrarium auertatur, & foras per ſuturas trahatur, conſulit vſtionem vſque ad os.

4. de morb. Idem in Catarrhis & defluxionibus cenſet tutum & ſalubre eſſe vrere caput, antequàm febris, & vlcus, & pus accedant. Idémque cēſent Mauritani medici, præſertim antiquiores vt Rhaſis, Halyabbas, Meſues capite de catarrho.

à frigida à fluxione. Trallianus etiã capite de ſputi cruenti reiectione, ob deſtillationem in pectus, cauterium ignitũ capiti inurit.

Ex recentioribus, Herculanus, & Montagnana in actuoſa medicina exercitatiſſimi, locum bregmatis, in quo cõmittuntur coronalis & ſagittalis rubrificant & ferro candenti inurunt: vt euocent foras excrementa à cerebro, ſiccent, & roborent caput, fluxionis impetum retineant.

Albucraſis lib. 1 membrum patiens.

ens, & caput longis & pertinacibus fluxionibus moleſtatum cauterio inurit, ad euocandos & reuellendos humores ſenſim & perpetuo deſtillantes, & ad roborandam partem affectam.

Rhaſis vbi agit de cauterijs, hoc generale axioma ponit, vt in omni loco fontium, id eſt à quo fluxus humorum oritur, decurritque ad alias partes, cauterium adhibeatur ad intercipiendum & a centro ad circunferentiam euocandum Roborandumque.

Rationes quorundam, qui damnant omnino vſum πυρωτικῶν, φοινιγμῶν, cauteriorumque in capite, & circa vicina capiti.

GAlenus nono de vſu partium, duplicia facit excremẽta cerebri, alia vaporoſa & fuliginoſa, quæ quotidie per ſuturas vacuantur ſuo impetu, expultrice adiuuante, alia aquoſa, ſeroſa,

mucoſa,

mucoſa, pituitoſa: quæ per choanem, infundibulumque & palatum, per os, nares, oculos, emiſſaria à natura deſtinata aſſiduè vacuantur tanquã per regiones conuenientes. Quamobrem cum ipſa excrementa tot habeant meatus & canales, quibus commodè expurgentur, quorſum, opus vti cauterijs ferroque ignito, in parte nobili, & maxime ſenſili, magno ægri metu & dolore acerbiſſimo?

Deinde cum venæ à pericranio excidant per ſuturas in interiora, periculum ne cauterio loco ſuturarum admoto fiat læſio duræ meningis.

Satius eſt & tutius vacuare materiã Rheumatiſmi medicamentis, ac reuellere, deriuare, intercipere remedijs ſupra enumeratis, quàm φοινιγμοῖς, ἑλκωτικοῖς, cauſticis, & ferro ardenti parti nobiliſſimæ admotis, ægros languentes cum periculo excarnificare.

Matthæus de Gradi medicus, improbat

probat cauteriorum vſum ad ſuturas, quod periculum ſit, ne calore & dolore excremẽta a corpore vniuerſo euocentur ruantque ad cerebrum, impendeatque metus læſionis membranæ vel ſpaſmi. Sunt & alij recentiores, inter quos Baptiſta Montanus Veronenſis medicus doctrina & experimentis clarus, à cauterijs bregmati adhibendis abhorret. Nam raro commode fieri poſſe ſcribit, & vt belle fiant, magnum ſemper adferre periculum, & Galenũ in curandis Catarrhis & Rheumatiſmis numquã vti ferro ignito, aut cauterio, ſed φοινιγμῷ ex ſtercore columbino, aut thapſia cum cerato. Idem Montanus ridet Arabas, & Mauritanos, vt ignaros anatomes, & proinde audaciores in cauterijs adhibẽdis bregmati, & commiſſuris ſuturarum. Horum loco mauult vti phænigmis, aut ἑλκωτικοῖς, veſicas excitantibus ſub oſſe petroſo, in ceruice, in Brachij muſculo deltoide,

5. meth. 1. κ. 7.

de, inter radium & cubitum ad brachia le, vitatis vaſis & neruo, quo opere chirurgico aiunt ſe vti reuulſione diuturna, ad longinqua. Sed vt controuerſiæ virorum celebrium componantur, dicemus in Rheumatiſmo & defluxione periculoſa, vt quæ minatur tabem, & quæ gignit aſthana frequens & terroris plenum, vtilem eſſe ac ſalubrem phœnigmi & cauterij vſum, ſi commodè & tempeſtiuè in bregmate adhibeantur. Commodè dixi, id eſt, vt per chirurgum anatomes peritum, & in artis operibus exercitaſſimum. Tempeſtiuè etiam, vt priuſquã pulmones vitium in ſubſtãtia ſenſerint, febriſque hectica & vlcus adſint, adhibeantur. Alioqui vbi ſalus deſperata eſt, imprudentis conſilij foret apud vulgus infamare remedia præclara à diuino Hippocrate celebrata. Scio enim Simonem Thomam, medicum Tholoſanum noſtra memoria præſtantiſſimum,

Si vſtio in capite tardius fiat infamat artificem & nõ confert.

mũ, defluxione in pulmones ſenſim tabeſcentẽ, vſtione & cauterio in bregmate adhibito, conualuiſſe. Illud obiter dicam quoſdam eſſe, qui cauterium ardens abhorrẽtes, malint pati ἑλκωτικὰ, φοινιγμοὺς, & ἐσχαρωτικὰ. Sed ferrum & ignis citiusque & melius operatur.

Catarrhum ſiſtentia, id eſt impetum humoris fluentis & ruentis retinentia, incraſſantia, intercipientia.

INitio Rheumatiſmi, non eſt tutum aggredi curationẽ per ea quæ ſiſtunt humoris deſtillantis curſum & impetũ. Nam horum vſu materia catarrhi repulſa & retẽta, caput magis impleret: quæ ſua copia turgeſcens, ἀθρόως & magno impetu in partes ſubiectas & forſan nobiles præcipitaretur. At corpore primum commodè purgato, materiáque per reuulſiones & deriuationes auerſa, tandem reliquus humor adhuc defluens ſiſtetur, & incraſſabitur, vt commodius periculum ſuffocationis, aut eroſionis

ſionis pulmonum & aliarum partium vitetur: tuſſiſque ac vigiliæ minus moleſtent.

Porrò humor defluens ſiſtetur.

Gargariſmatis, vel

Ore contentis, pilulis (hypoglottidas vocant)

Medicamentis, quæ deglutiuntur & ſenſim lambuntur,

His quæ odorantur, vel ſuffiuntur.

Gargariſmata retinentia fluxũ fiant ex adſtringentibus modo

Calidis, modo frigidis, pro natura humoris deſtillantis:

Calidis quidem, vt cypero, cala. aromatico, myrtis:

Frigidis, vt roſis, plantagine, foliis rubi, foliis arborum adſtringentium vt pyri, quercus, corni: vt poſt audies in ſtomaticis.

Gargariſmata vitanda in præparatis, ad φθὸην tabẽ aſthma & morbos pulmonum.

Gargariſmata, quæ fiunt cum multa agitatione, ac gargarizatu, ſũt ſuſpecta in quatuor caſibus ſcriptis, à Meſue & Arculano

Formulæ variæ hypoglottidôn ſiſtentium humores deſtillantes, quæ lupini figura efformantur.

REc. amyli vnc. ſ. ſe. papaueris albi. boli armeni vnc. j. penid. drach. vij. incorporentur cum muccagine gũmi tragacanthæ, vel ſeminis cydoniorum.

Rec. maſtiches thuris ana. drach. ſ. opii ſcrup. ij. penid. vnc. ſ. f. pilulæ hypo glottides, forma lupinari, contineatur vna in ore aſſiduè.

Pilulæ Bechicæ ad tuſſim ex catarrho acri. Paratur autem ex gummi tragacanthæ albiſſ. in aqua roſarum ſoluto, & ſacharo albo. *Bechicæ pilulæ.*

Formulæ vel trochiſci de Bolo. continentur etiam in ore ad retinendum Rheumatiſmum.

Electarium, diapapauer.

Eclegma, linctus papauerinus in catarrho.

7. *x*. 7. rarrho acri,tenui,ſalſo,eſt efficax.

Diacodium Galeni datur dormituris in catarrho acri & tenui. Ad eoſdem vſus,dantur omnia verè narcotica,quæ ſcilicet opium recipiunt. Nam hæc fluxiones ſiſtunt duplici ratione, quod ſcilicet incraſſent humores, qui eludunt tuſſes, & quod ſomnos concilient, cuiuſmodi ſunt

Narcotica duplici nomine, ſiſtūt fluxiones acres.

Theriaca recens, ante ſex menſes. hæc enim ſiſtit, incraſſat Rheumatiſmos,& ſomnum conciliat

Philonium Romanum ante annum ſiſtit deſtillationes.

Pilulæ ad omnes catarrhos & ſcribonio,& Mauritanii,& Gal. *x*.7.

Rec.thuris,maſtiches, ſtyracis calamites,myrrhæ,opij croci ana. ſcrupul. j.ſ. maſſa ex qua formentur pilulæ ſex pro 3. ſumat vnā vel duas hora ſomni.

Syrupus papáueris incraſſat & ſomnum conciliat.

Syr. Iuiubinus incraſſat lenit.

S.Violaceus refrigerando, humorē acrem frænat & lenit.

S.de

S.de Roſis ſiccis,

Thus & myrrha per ſe deglutita ſiſtunt Rheumatiſmum frigidum.

Rec.nigellæ Romanæ, gummi iuniperi, thuris, maſtiches, gummi hederæ, granor. myrti ana. drach. ſ. f.pul. pro ſuffitu. *Suffitus catarrhi frigid.*

Rheumatiſmus calidus raro & difficilius ſiſtitur per ſuffitus, quod ſcilicet odor & odorata omnia, quibus fiunt hypothymiamata, gignantur à calore agente in ſubſtantia ſicca, diluta humore aëreo vel aqueo: niſi fortè dicas coryzas & Grauedines curari ſuffitu & vapore aceti aſperſi, ſuper laminam ferream igni candentem, ſed hæc vaporatio ratione ferri & aceti ſiccat & ſiſtit fluxionem ſine calore. *odorata omnia fiunt à calore.*

Roboratio cerebri & capitis per rationem victus.

Vltimus ſcopus curationis Rheu- *Vltimus ſcopus curationis generalis Rheumatiſmi, & deſtillationis.*

matiſmi, erit firmare caput, daréque operam, vt ἀσθένεια, Imbecillitas, ac habilitas quædã, & procliuitas ad patiendum, tollatur, vel ſic emendetur, vt in poſterum, caput non tam facile excrementa colligat,. Et ſanè capitis infirmitas gignit, fouet, rediuiuóſque facit Rheumatiſmos. Porrò caput imbecillum eſt, vel ſtatim à prima origine, vitio intemperaturæ natiuæ vel malæ conformationis, vel ex accidēti, vt quũ ſtudio intēpeſtiuo cerebrũ eſt defatigatum: laboribuſque immodicis ſpiritus & facultas animalis exhauſta. Nam in actionibus vehementioribus, pars illa, quæ diutius quàm par ſit labotat tandem imbecillior redditur ac Inualida fatiſcit. Hinc ſequitur huiuſmodi homines excrementoſo eſſe cerebro, humoreſque crudiores ac putreſcentes accumulare, Quos hauddubiè accurata προφυλακτικῇ ac precautione, vincere oportet,

Pars quæ vehementius & diutius laborauit ſit imbecillior.

oportet. Alioqui ſi illis nulla victus ſui cura adfuerit, aſſidua capitis deſtillatione conflictabuntur.

Firmabitur itaque caput & cerebrũ optima, caſtigatáque viuendi formula, quàm deſcripſimus in fine libelli de animi morbis curandis. Pauca tamen hoc loco adiungere libet: quæ etiam peculiari ratione ῥευματιζομένους deſtillationibuſque obnoxios iuuare poſſunt.

Aër & cubiculum in omni Rheumatiſmo, ad ſiccum vergat. Vitetur aër ventoſus, fumoſus, pluuius, flatus aquilonius, præſertim qui per rimas aut loca anguſta ſpirat.

Vitetur etiam ſtatio longa ſub æſtu, radijs ſolis & lunæ. Mane antequã à lecto ſurgat, vtatur frictionibus apotherapeuticis. hæ enim reuellunt à capite, excrementa vacuant per cutim, & partes firmant.

Si caput eſt valde imbecillum, præ-

ſtat partes inferiores à ſuperioribus, deorſum verſus, fricare. Caput autem poſtremum leuiter tantum fricabitur, & pectetur ſine curioſa & valida longaque frictione. molles enim frictiones & blandæ roborant, modo imbecillitas ſola adſit ſine dolore.

An caput imbecillum fricandum & quomodo.

Mane qui deſtillationes vitare volet, procurabit omnes ſuperfluitates noctu collectas excernere per ductus naturales & emiſſaria conſueta.

Exercitatio quotidiana cibum præcedat, ab exercitatione euitabit aëris exceſſum iniuriaſque, præſertim flatus Aquilonios, mutabitque induſia, ſi ſudore madeſcant.

Defluxionibus obnoxij, vitabūt ſeroſa, humidiora.

Declinabit frequentiorem vſum iuſculorum, & iurulentorum, victúmque humidiorem. Cum enim cauſa Catarrhi & deſtillationis ſit humor ſeroſus, aquoſus, & tenuis, fluxilis, ad cauſę ablationem opus eſt victu ſiccante. Hac etiam ratione vitabuntur fructus horæi, cucumeres,

cucumeres, mora, pruna, mala, acetaria, imò & piſcium frequentior vſus, quæ omnia etſi picrocholis & biliofis conferant: tamen quia ſuperuacanea & excrementa frigida humida copioſè gignunt, ſcilicet materiam & cauſam continentem deſtillationis, fugienda ſunt. Vitabuntur etiam alimenta omnia excrementoſa, dura, pertinacia coctu, vaporoſa quoque, vt legumina, radices allia, cæpe, fungi. Tempore Rheumatiſmi potus erit decoctio hordei, addito pauco aniſo vel cinamomo, ſacharata, vel aqua ſacharata, hydromeli cũ cinnamomo, niſi ſtomachus, vel conſuetudo, viriũque imbecillitas reclamarint. Tum enim modico vino vtendum.

Excrementoſa.

Vaporoſa,

Et ſi humectet. tamen minus, implet caput quàm vinum.

Vitabit potum aquæ frigidæ imò omnem potionem frigidam, niſi fortè catarrhus & eius cauſæ ſint calidiora. Bibere ſtatim primis epulis, vel inchoare cœnam aut prãdium à potu multo, ciet Rheumatiſmum, & auget.

In fine mẽſæ ſumantur bellaria claudentia os ventriculi, vt cydoniatum, pyrum accurate coctum cum ſacharo, vel puluis pepticus roborans.

In deſtillationibus cœna ſit leuior prandio.

Cæna ſit leuior,& minor prandio in Rheumatiſmo, præſertim. frigido quãquam in benè valentibus Galenus & veteres cœnam prãdio largiorem eſſe velint. Nam alimenta copioſa in cœna ſumpta augẽt Rheumatiſmum in propenſis ad deſtillationes, non ſolũ quòd multum euaporent ob cruditatem ſtomachi, ſed etiam quòd plus alimenti tranſmittant ad cerebrum, quàm ſit ex vſu.

A cibo vitanda animi vehemens contentio,

A cibo multa cogitatio & vehemẽs animi cõtentio debilitat cerebrum: atque ita cauſæ ſunt copiæ & aggregationis excrementorum in cerebro, infirmantque coctricem & retentricem, excrementa liquant, agitãt, & deturbant. adde etiam; quod vapores à viſceribus ad ſuperiora rapiunt.

Somnus

Somnus meridianus ſtatim à cibo copioſo, & præter conſuetudinem, caput implet & graue reddit, coctionemque alimentorum magit turbat & corrumpit, quàm iuuat. Somnus etiam matutinus nimius & in altum diem productus caput implet, in non aſſuetis.

A cœna, qui ſunt obnoxij deſtillationibus, vitabunt ſomnum duabus aut tribus horis. Fallent tempus molli deābulatione, & colloquijs iucundis. Vitabunt meditationes longas, & peruigilia nocturna, lucubrationes. nam caput implent,

Nihil peſtilentius ῥευματιζομένοις, quàm bibere dormituris. Dormiant capite eleuato in latus alterum declināte.

Caput operiatur ita, vt non nimis æſtuet, nec frigeat: cauēdumque ne operimentum capitis arctius ſtringat caput. quia hoc implet calfaciendo & trahendo, aut laxius, mobileque fluitet incertum. vtile tamen fuerit procurare, vt

caput noctu calidius paulo habeatur, vt vapores tranſpiret, præſertim ſpirante Aquilone.

Remedia alia firmantia ac roborantia caput.

ſiccat & roborat. LOtio capitis decocto cephalicorũ vt meliſſæ, maioranæ, beto. roſm. ana m.j. florũ chame. p.ij. roſa. p.i. bulliãt in lixiuio cineris ſarmentorum vel quercus addendo in fine coctionis vini vnc. v. lauetur caput ante prandium vel duabus ante cænam, bis aut ter in menſe, capite ſolicitè exiccato. videndum tamen ne nimia frictio dolorem capitis adferat.

hæc lotio cõuenit frigidũ humidu.

Gal. ſexto. ſ.t. Si calida intemperies imbecillitatẽ capiti adfert, expedit balneo aquæ dulcis frequenter vti, vt capitis temperamentum emendes & robores, & caput æſtuans, oleo roſaceo perungere eoque crudo, & omphacino.

Facies

Facies abluatur vino albo, in quo bullierint roſmarinus, ſaluia, roſæ, nec faciès vnquam abluatur frigida. *Facies abluenda.*

Teneantur in auribus guttulæ olei terebinthinæ, vel de ladano, vel roſarũ, pro intemperiè relicta in cerebro, & occludantur aures bombace, vel xylo, quod diu aſſeruarit ambarum. *Quæ auribus inſtillanda.*

Deſtillationibus frigidis obnoxij contineant ſæpe in ore mane ieiuni, & ſero dormituri, cõſeruam florum roſmarini, ſaluiæ, corticem citri & arantij conditum, conſeruam ſtœchados, nucem moſchatam conditam. *In frig. deſtillatione, quæ ore continenda.*

In calidis temperamentis & defluxionibus magis conuenit conſerua roſarum humida, vel ſicca. *In calida.*

Admoueantur ſæpe naribus ea, quæ ſuauem & iucundum ſpirant odorem, vt roſæ recentes, betonicum altile, mala cydonea vtráque benè matura, mala omnia ſuaueolẽtia, vt curtipẽdula vocata, citrea, ſantala etiã & violę recẽtes. *Quæ naribus admouenda in calido Rheumatiſmo.*

Si cerebrum imbecillum à frig. humido, etiam calidiora iucundè ſpirantia naribus admouenda, modò non impleant, aut feriant caput, vt maiorana, maron, origanum, hyſſopum, botrys tota herba ſuaueolens, radix iridis ſiccata, radix cyperi. aromatum ſuauiora, & quæ minus tentant caput odore, vt cinnamomum, calamus aromaticus, agallochum.

Suauis & odorus puluis. Puluis odorus, vt violaceus dictus, includitur ſacculis, & ita naribus ſæpe admoueatur.

In frigidis deſtillati. Poma, aut pilæ inſtar pomorum, arte paratæ, odoratæ, ſæpe olfactandæ.

Variāt pro natura humoris deſtillantis. Pulueres ex ſylua ſimpliciũ cephalicorum admoueantur capiti tonſo vel raſo, calidi aut frigidi, pro natura humoris deſtillationes facientis, & intemperatura cerebri vitioſa.

Pilea, ex tela ſerica, fiunt intertexta, additis pulueribus cephalicis odoratis, cucuffas vocant, qui medicinam quotidie

tidie

tidie factitant.

Antidota exiccantia & roborantia cerebrũ, vt theriaca, mithridatios, aurea alexandrina, in frigido Rheumatiſmo.

Electaria recreantia cerebrum, vt diambræ, diamoſchi.

Aqua theriacalis dicta ſumpta, & capiti admota excrementa cerebri ſiccat & partem roborat, in deſtillatione frigida. *In frigid. deſtillation*

Philippus Vlſtadius, & Euonymus, plures aquas ſtillatitias enumerant vtiles ad intemperaturas frigidas cerebri emendandas, & ad caput firmandum.

Roborat etiam caput & cerebrum deambulatio per loca amœna, vt viridaria, hortos in quibus flores varij lõgè latéque blandos & fragrantes halitus ſpirant, qui ſpiritus animales & cerebrum refocillant. *Deambulatio per viridaria & hortos blandè flagrantes.*

Iuuabit quoque audire ſonos ac cõcentus ſuaues fiſtulæ, tibiæ, teſtudinis,

&

& puerorum concinentium ſymphonias.

De Coryza & Grauedine.

κόρυζα dictio æquiuoca.

CORyza, Grauedo Latinis dicta, fuit veteribus, etiã Hippocrati, ex auctoritate Celſi, genus ad omnes deſtillationes: at poſt tempora Hippocratis cæpit vſurpari pro illa deſtillationis ſpecie, quæ priuatim, & particulari nomine, nobis grauedo dicitur. Ea eſt autem mucoſa defluxio: in qua humor tenuis, crudior, ἀθρόως & confertim per nares defluit. Catullus in ſuo epigrãmate, κόρυζαν magis ſignificare, quàm nominare videtur, dum ſcribit.

A te ſudor abeſt, abeſt ſaliua,
Mucúſque & mala pituita naſi.

Signa Coryzæ & grauedinis.

ἔμφραξις

EMφραξις, & ſtipatio membranæ craſſe foraminulentæ, & oſſis ſpongioſi adeſt. Meninx enim foraminulenta, prima fluxionen in coryza admittit: deinde oſſa ſpongioſa, tandem nares à defluxione confertim irruente imbuũtur & tumeſcunt. Sed hîc quærat fortaſſis aliquis, qui fiat, vt meatus dictæ meningis, & oſſis ſpongiæ æmuli, ſtipentur & conniueant in grauedine, cũ humor ſit tenuis, & ſeroſior. An quia humoris fluxio in coryza, ruat affatim in oſſa ſpongioſa, vnde obſtructio? An quod ſpiritus flatuoſus miſceatur cum excrementis crudis? Videmus enim plerumque foramina alia reddi anguſtiora ab humorum fluxione, vt cum pupillæ foramẽ ſit anguſtius á phlemone, aut humorum decubitu: & fauces ſic reddi arctas & cõniuentes, vt cibus deuorari nequeat. Idem quotidie obſeruamus in panno aut tela: quæ ſicca poros habent patẽtes & permeabiles:

Quæſtio.

Qui fiat obſtructio, in coryza, quũ humor fluẽs ſit tenuis.

in angina.

in

in madefactis vero meatus conniuent, fiuntque arctiores.

Noxa odoratus. Aliud ſignum & ſymptoma coryzę, eſt noxa odoratus. Nam ob ſtipationẽ oſſis ſpongioſi & membranæ foraminulentæ, odores non feruntur ad organa olfactus,

Vox infuſcata per nares eliditur. Vox obtunditur, ex ſententia Celſi, & quotidiana obſeruatione, imo ſermo ac loquela infuſcantur, etiam magis quàm vox. Narium enim foramina, ſermoni magis quàm voci famulantur, hoc ſymptoma (Naſitatem) Arabes medici vocant, quod vox & ſermo velut è naribus ſtipatis, obſcurior grauior elidatur.

Sonant aures in coryza. Sonant aures ex teſtimonio Celſi, etiam ſi neruus, qui fertur ad organum auditus, non explantetur à coniugatione, quæ mittit ramum ad membranã internam narium.

Globus naſi rubet craſſeſcit, prurit. Globus naſi rubet & craſſeſcit cum calore, & pruritu.

Nares

Nares, ἀϑρόως ſtillant tenuem ac liquidã, crudamque pituitam, vt pueris contingit hieme ſæua aquilonéque flante. *Nares ſtillant in grauedine.*

Fluxiones in coryza affatim ruẽtes in nares, ferè ſunt ſeroſæ, frigidæ, liquidiores, inſipidiæ, interim tamen acres & ſalſæ, idque initio fluxionis. In progreſſu tamen mali, materia cocta, fit craſſior, μυξώδης, & mucoſa.

Sternutamenta frequentia, ob flatuoſi ſpiritus cum excrementis pituitoſis commixtionem. nam qui grauedine laborant, ij multam humiditatẽ, ac ſpiritum flatuoſum, vaporemque in cerebri ſinibus, ac partibus cauis colligunt: qui proritat facultatem expultricem, ad humiditatis flatuoſæ excluſionem. Hinc ſternutamentum de cuius ratione, cauſis, & natura, & quæ ſternutamenta mala ſint & quæ ſalutaria, alio loco, fuſius, Deo fauente, tradetur. *Sternutamenta frequentia.*

Priuſquã ad Coryzæ grauediniſque curationem

curationem veniam. Illud quæri poteſt
Quæſtio. an in grauedine, pituita illa tenuis, confertim per nares deſtillans, ab iiſdem lo cis promanet, à quibus mucus & excre mentum μυξῶδες in hominibus ſanis quotidie defluit. Galenus ſanè & Mauri
Galeni & Arabũ opinio improbatur. tanorum familia, recentioreſque fere omnes exiſtimant, & in ſanis, & laborãtibus grauedine, ab anterioribus cerebri ventriculis, & à tuberculis, papillarum mammarum æmulis, ab anteriorique parte cerebri, & ſpatio inter meninges & cerebrum, per meningem fo raminulentam, hinc per organa olfa-ctus, oſſaque σπογγοειδῆ, excrementa cerebri tranſcolari in nares: Sed in ſanis ea excrementa eſſe pauciora ac in tran ſitu, lõga mora coqui, incraſſari fieriq; μυξώδη. At in laborantibus grauedine, à cerebro per eoſdem meatus, ſtillare affatim calidam & aquoſam pituitam, aut acrem, mordacemque, ſed tenuem humorem, huncque fluxum eſſe non naturalem,

naturalem, quod ſcilicet ſit ſymptoma morbi.i.intēperaturæ cerebri, cum humore redundante, hancque deſtillationem reſpondere lienteriæ ac fluori alui. Contra recentiorum nonnulli negant à ventriculis cerebri, excrementa per meningem foratam, aut oſſa cribri, aut ſpongiæ æmula, poſſe expurgari in nares: propterea quòd à dictis ventriculis via nulla pateat ad olfactus organa, nec ad tubercula mamillaria, quodque omnes cerebri ventriculi, per decliues meatus in choanem, dein glandulam & ſubdita foramina ſtillent excrementa in palatum, tandem ad nares vel os. At in laborantibus coryza & grauedine, quoniam cerebum intemperie & ſubita refrigeratione fere laborat, cum humore excrementitio, fit non naturalis, & crudioris pituitæ fluxus, nō ſanè à ventriculis, ſed vel à tuberculis mamillaribus, aut anteriori peripheria cerebri, aut ſpatiis inter craniū & mē-

Ratio & anatome indicant Galenum hallucinatum fuiſſe.

branas, per olfactus organa in oſſa ſpō-
giæ æmula.tandem in nares,ſed præter
ſtatum naturæ ordinem, & vi morbi.
Nam in benè valentibus hi etiam ne-
gant excrementa mucoſa à tuberculis
mamillaribus tranſcolari per membra-
nam foraminulentam & olfactus orga-
na in nares: tantum abeſt,vt a ventricu-
lis aliquid deſtillet per dictos meatus.
βλένα καὶ βλέννα. Porrò excrementa cerebri, quę vacuā-
tur per nares, *βλένας καὶ βλέννας* anti-
qui, atque etiam ipſe Hippocrates vo-
cat, ſcilicet humorem excrementitiū
pituitoſum, lentum, album. Hinc homo
μυξώδης, mucoſus, dicitur *βλέννος*, qui
etiam allegoricè ſumitur pro ignauo
Λήμη. & ſtupido. *Λημη* eiuſdem eſt naturę cū
pituita craſſior in circa oculorum membranas. *βλέννα*, ſed de excremento pituitoſo &
ſorde, quæ in oculis colligitur, ferè dici-
tur: Latinis autem lippitudo, id eſt pi-
tuita craſſior, ſemicocta, circa oculo-
rum membranas concreſcens ob par-
tium oculi imbecillitatem. *Μυξα* excre
mentum

mentum eſt illud naturale mucoſum, quod in ſanis quotidie vacuatur per nares, modo coctum, craſſum, modo crudum, liquidum. Sumitur etiã ſępe pro muco vel mucore illo lento, albo, pituitoſo: qui in partibus exanguibus colligitur, vt in articulis oſſium circum oſſa, cartilagines, membranas, omneſque partes neruaceas, pręſertim cum alimẽtum ſuum nequeunt probè concoquere. Μύξα aliquando contra naturam eſt, vt cum in articulis niminm ſuccreſcẽs claudicationem & dolores creat, vnde dictum ab Hippocrate, Quibuſcũque a coxendicum dolore moleſtatis, excidit coxa, iis mucores ſuperueniũt: fitque exarticulatio, & luxatio, ab articulorum immodica humectatione ac lentitia. Et in vtero cum acetabula, quæ ſunt ora vaſorum, quibus ſecundæ alligantur vtero, μύξαις mucoribuſque opplentur, fit aborſus. Μύξα,

Curatio coriζæ & grauedinis.

Ordo in curandis morbis diligenter obſeruãdus.

CVrationem grauedinis auſpicabimur à vacuatione plenitudinis, aut cacochymiæ totius corporis. Dein particulatin à vacuatione capitis & cerebri. Tandem veniendum ad expediendam obſtructionem meatuum narium & meningis. Quod ſi primum velis inceptare curam à recludentibus ἔμφραξιν narium & oſſium σπογγοειδῶν, coryzam & grauedinem auxeris geminabiſque. Proinde vltimo loco humorem inhærentem meatibus oſſis ſpongioſi, & narium exhauries topicis remediis, per ſuturas capitis reſoluentibus, & ſiccãtibus: per os, diamaſſematis: per nares ſuffitu: per ſcapulas, cucurbitulis admotis: victu ſiccante, capite firmato. Quorum remediorum materia, formulæ, & ſchemata, vtendique ratio petenda, ab his, quæ paulo ante ſunt fuſiſſimè prodita in methodo vniuerſali. Purgatio autem

autem in hoc affectu per infernas partes eſt facienda. Vomitus enim grauedini aduerſiſſimus.

Remedia topica quæ faciendo medicinam efficaciſſima comperi, ſunt ſuffitus vſu comprobatus, poſt corporis purgationem. Lamina ferrea igni ſubiiciatur, donec cādeſcat, aut rutilet, mox calfacta aceto roſato irrigetur. Vaporémque ex ea ſublatum per nares recipiat æger. hoc enim calfacit, ſiccat, repellit, roborat.

Aliud remedium.

Rec. ſe. nigellæ vnc. j. ſe. aniſi. ſe. cynimi ana. drac. iij. concaſſentur, & nodulo includantur, naribuſque ſæpe apponantur olfactanda.

De catharro veterum particulatim, id eſt deſtillatione in partes oris.

A Quatuor cerebri ventriculis redūdantibus nimia pituita, vel ſeroſis

excrementis, excrementa defluũt per decliues meatus ad infundibulũ, quod χοάνη dicitur & πύελος, dein in glandulam, quæ ſub dura cerebri membrana in baſi cranij, proprio ſinu locatur. è glandula, excrementa decumbunt in palatum, per omnia foramina in caluariæ baſi, venis, arteriis, neruiſque tranſmittendis aptata & exculta. & à ſuperna parte palati, vel feruntur in oris amplitudinem, vel in narium meatus. Itaque à ventriculis cerebri, ſi fluxio feratur ad oris partes, plerumque occupat ἀντιάδας, quæ & παρίσθμια, Latinis tõſillæ, Arabibus amygdalæ. Glandes ſunt ad radicem linguæ, iuxta fauces. Sunt qui diſtingunt παρίσθμια à tonſillis. tamen ſæpius pro re eadem vſurpantur. Porrò tonſillæ ac dictæ glandulæ tument, inflanturque facilè, primum ratione ſubſtantiæ, quia glandulæ: & ratione muneris & vſus, quia trahunt & facilè admittunt à vicinis partibus aquo ſa

παρισθμια, uomen vagum, ſæpius tamen pro tonſillis.

ſa excrementa, vnde glandulæ, σιαλο-χοὶ, id eſt, ſaliuatrices, quòd pituitam linguæ, faucibus, & toti ori impertiuntur. De hoc vide infra in ptyaliſmo. Inflantur, inflammanturque etiam facilè tonſillæ, ratione loci: quia multis venis & arteriis obſitæ, velut in quadriuio, vbi multa vaſa concurrunt, locantur.

Tonſillæ tumentes aliquando celerrimè ſuppurantur, ſolo naturæ, & loci calentis beneficio, aliquando biduo, aut triduo, ob poſitionem & ſitum in loco calido, humido. Adnotatione dignum & illud, humorem qui à cerebri ventriculis aut locis aliis vicinis cerebri defluit in antiadas, ſi mediocris fuerit quantitate & qualitate, ſaliuam efficere, qua humectantur lingua, fauces, & aliæ corporis partes. Sin abundãtior humor fluxerit, quàm ſit ex vſu, figaturque & inhæreat glãdulis, tumorem generare pituitoſum vel phlegmonodẽ, qui facilè ſuppurat aut in ſcirrhoſam

 53

aut pyramidis paruæ. Cum autem laxatur, ſuperiorem œſophagi partem tangit, & nauſeam parit: ægerque perpetuo aliquid deglutire velle videtur, & his notis poteſt id vitij cognoſci etiam ſine inſpectione. Itaque ſi à defluxione frigidæ pituitæ laxatur ſine inflammatione, corpore purgato, curabitur contactu piperis puluerati, & ſubleuatione per caudã cohlearis, aut ſpecilli, in quo ſit puluis calfaciens, ſiccans, adſtringens, ex pipere, ſidijs, balauſtijs, alumine, licebit etiam vti gargariſmate ad modum adſtringente. Collutiones tamen oris fiant in hoc affectu ſine multo gargariſmate.

Ad inflammationes columellæ, tonſillarum, & aliarum oris partium.

INflammationes omnium oris partiũ curantur, vt angina, à miſſione ſanguinis & purgatione. Vtendum collutionibus

nibus & gargariſmatis, deinde digerentibus. Et ſi ad ſuppurationem ſpectare videantur, ſuppurantibus, rupto tandem abſceſſu, tergentibus.

Stomatica alia à ſtomachicis. Porrò Collutiones, & Garmariſmata adſtringentia ad defluxiones in os, trium ſunt generum, nempe Mitiorũ, Valentium, Valentiſſimorum & ſummè adſtringentium.

Stomatica, ad omnes oris inflãmationes. Gargariſmata ſint ſapore & odore non ingrata, vt quæ parantur ex ſuccis fructuum acidorum & auſterorum, vt

Succi.

Malorum punicorum, Oxyacanthæ i. Berberis.	Succi poſſunt ſeruari in phiala, ſuperinfuſo oleo.

Ceraſorum acidorum,
Sorborum,
Cotoneorum.
Poſca dilutiore, & oxycrato

Succi & decocta ſtomatica. Ex ſuccis, vel decoctis foliorum,
Plantaginis, vuæ acerbæ, omphacis,
Polygoni,

Rubi,

Rubi,Rubi canini,
Agrimoniæ,
Summitatum vitis,capreolorum,
Foliorum pyri agreſtis, & reliquarum arborum adſtringentium.

Ex aquis ſtillatitiis,herbarum, & ſimplicium adſtringentium,vt *Aquæ ſtillatitiæ.*

Roſarum,
Peculi,vel pediculi roſarum,
Plantaginis,
Solani,
Myrti,myrtorum.

Gargariſmata & collutiones quæ Valentius adſtringunt,repellunt, parantur ex auſterioribus & acerbis,vt ex *Stomatica valde repellentia.*

Malis cotoneis adhuc acerbis,
Decoctionibus, vel ſuccis cymarū, ſurculorum,ſummitatum,arbuti, ſmilacis,fagi,ilicis,foliorum teneriorum quercus, foliorum roſarij, rubi glandium, meſpilorum, cornorum.

Valen-

Valentiſſimè repellētia.

Valentiſſima & acerbiora fient ex plerìſque ſupradictis ſed auſteriuſculis & acerbioribus,qualia ſunt,

Mala cotonea longè ante maturitatem,

Gallæ,& harum decoctum,

Hypociſtis,

Rhu opſoniorum,

Fructus ſpinæ Ægyptiæ, acacia dictus

Balauſtia,cytinus,malicorium,

Alumina omnia,

Chalcanthum,

Aëris ſquama,

Initio mitioribus & ſimpliciter adſtringentibus vtemur, defendentibus fauces & oris partes a fluxione. Sed medicus rationalis, & longo vſu exercitatus ſtomatica modo mitiora,modo valentius adſtringentia, ſed commodiora, gratioráque deliget, pro ægri natura, ſenſu, temperamento, & anni parte.

In

In augmento, miſcebit adſtringentibus reſoluentia: qualia ſunt paſſulæ, ficus, glycyrrhiza hordeum integrum, cicera rubra, cremor hordei, paſſum, tepida.

In ſtatu, ſolis vteris digerentibus.

Digerentia valentius ſunt

Decoctum hyſſopi cum mulſa,

Decoctũ, origani calaminthæ, hyſſopi cum mulſa,

Succus cauliũ braſſicæ cum melle,

Sinapi tritum mixtum mulſæ.

Vbi imminet periculum ſuffocationis, Galenus vtitur valentiſſimè digerẽtibus ex ſinapi gentiana, ariſtolochia &c. cum aceto.

Gal. omnibus temporibus inflammationis oris, preſertim in angina & tonſillis, vtitur διακαρύων, dianucum, ſcilicet initio, ſyncero ex ſucco nucum viridium cum melle cocto. in fine augmenti & in ſtatu, dianucum medicamento aliquid croci & mirrhæ ad

coquẽdum

coquendum tandem in declinatione miſcebat ſulphur. viuum, aut nitrum, aut acre aliud digerens quod parti impactum fuerat.

A tota ſubſtantia, & tacita proprietate conferunt anginæ & inflammationibus partium oris reſoluendis, rumpẽdis, diſſipandis,

Stercus & cinis hirundium,

Stercus canis nutriti diu oſſibus,

Stercus pueri diu nutriti lupinis, vel pane è farina lupinorum,

Stercus gallinaceorum, poterit vtiliter miſceri cnm melle. nam deſperatas iuuat anginas Aëtio

Filum, quo ſtrangulata eſt vipera,

Filum lixiuio incoctum,

Filum laneum, purpura tinctum.

Si angina, aut alia inflãmatio, in quauis parte oris tendat ad maturationem, iuuetur, & acceleretur ſuppuratio collutione emolliente, & ſuppuránte, ex decocto radicis altheæ, caricarũ, liliorum

rum

 56

rum,paſſul.dactylorum. ſe. lini, item cataplaſmate, è farina. ſe. lini ſe. fenigræci. frumenti ficubus radice liliorũ. cucumeris agreſtis, mica panis albi. cum axungiis porci & gallinacei. addito oleo de lilio,foris admoto.

Rumpatur abſceſſus digito in os immiſſo,

Vnguibus,ſed id fiat ab experto chirurgo,

Bacillo,cuius extremitas ſit craſſior, & rotunda inſtar pruni,

Fruſtulo panis duriori & aſperiore,

Compreſſione gutturis exterioris,

Rec. ſtercoris hirundinum, vel cinis combuſtarum vnc. ſ.croci. myrrhæ. ſalis ana. drach. j. mellis q.ſ.f. opiata de qua teneat in ore paulatim deglutiendo.

Cum abſceſſus vel vomica rupta fuerit ſponte vel arte,eluatur aqua hordei,hidromelite, vel oxymelite ſimplici,vel ſcillitico ſcyrup.roſarum laxat.

Si

Si æger verſetur in periculo ſuffocationis, malumque videatur deſperatū, extremum remedium fuerit, arteriam aſperam aperire, non in circulo cartilagineo,ſed carneo,paulo inferius,quàm ſit vomica & abceſſus.

Quod ad victus rationem attinet, bibant aquam hordei, aut cicerum rubrorum cum ſacharo, aut hydromeli, aut aquam ſaccharatam:

Vtantur iuſculis, ſorbitionibus, alimentis liquidioribus,ſine maſticatione

Dormiant capite eleuato, in latus modicè inclinato.

Non loquantur, non fricetur caput, ſed partes inferiores.

Alvus ſit mollis,& fluida.

De aphthis, vlcuſculis partium oris, quæ alcola Auicennæ dicuntur.

SVnt vlcuſcula ſuperficiaria in quanuis oris partem ſerpentia, in palati

tunicam,in gingiuas,linguæ latera eiuſque radicem, fauces, columellam, paristhmia,denique in quamlibet partem membranæ ſuccingentis partes oris, quæ cum ſint molliores & tenellæ facilè vlcerantur.

Cauſæ aphtharum.

DEfluxio humoris acris, mordacis, vt bilioſi,vel ſeroſæ ſalſæq; pituitæ.

Halitus calidior, & vapor miſſus à cerebro,per œſophagū & vaſa, cæcoſque meatus,vt fit ſæpe in febribus.

Euaporatio à viſceribus æſtuātibus elata, à ventriculo, hepate, venoſoque genere,ſumma petens.

Alimenta,vi ignea,& erodente prædita,vt allium, cæpe, ſalſa omnia,acria, panis à muribus eroſus, fructus à venenato animali infecti & illoti.

Lac vitioſum,acrius,à nutrice cacochyma & mali habitus. *Aphthæ infantibus familiares.*

Vapor teter & acrior, ab illitu vnguenti Neapolitani.

Differentiæ aptharum.

Aliæ ſunt mitiores, ſuperficiariæ, ſine depaſtione, vt in infantibus.

Aliæ malignæ, putres, ſerpentes cũ depaſtione, proinde *νόμαι* & *κακοηθεῖς* dicuntur.

Aliæ, in medio albæ, in ambitu rubicundæ, aut contra.

Aliæ faciles curatu.

Aliæ contumaces, & difficiles, quæ degenerant in vlcera putrida, & à depaſcendo *νόμαι* dicuntur.

A lue venerea ferè ſunt malignæ & *κακοηθεῖς*, quæ ſæpe occupant non ſolum membranam veſtientem oris partes, ſed & fauces, pariſthmia, columellamque erodunt, & vlcerant: imò nonnunquam operculum laryngis & epiglottidem ſic afficiunt, vt potus, & liquida,

quida, ſorbitionéſque deuorari nequeant, ſed deerrent in trachean arteriam, vel per nares reiiciantur. Memini me vidiſſe quendam, qui epiglottide, & columella valde arroſis, nihil liquidi, aut potionis, iuſculi, aut ſorbitionis multis menſibus aſſumeret, ſed buccellas & bolos carnis & panis craſſiores deuoraret facilius, quàm liquidiora alimenta.

Hiſtoria de eo qui multos menſes nihil liquidi aſſumebat.

Aphtharum curatio.

APhthæ mitiores, vt in infantibus, & pueris, à lacte, aut etiam alia ætate, curantur modicè adſtringentibus ſine roſione & morſu, vt iuſculo vel decocto oxalidis, portulacæ, plantaginis cũ pauco ſucco vuæ acerbæ,

Item decocto lenticularum, addito tantillo aceti, ſic tamẽ, vt nõ mordicet decoctum.

Gargariſmate & collutione oris ex decocto plantaginis, foliorum rubi ro-

ſarum,polygoni,lentium.

Collutione oris è ſucco malorum punicorum, oxyacanthæ, ceraſorum, vuæ acerbæ,i.omphacii, ſyrupo cõſeruationis ceraſorum acidorum,conſeruatione granorum oxyacanthæ,& acinorum vuæ omphacis conditorum.

Syrupo aliquo adſtringente, vt de granatis, de Berberi & oxiacantha,retento in ore:

Poſca dilutiore.

Claudentur tandem aphthæ cicatrice,decocto auſteriuſculo, vt malicorij,balauſtiorum,rubi, polygoni, roſarum.rhu. opſoniorum,i. ſumach, lẽtiũ.

Aphthæ malignæ κακοήθεις, miſtæ facultatis remedia quærunt.

Porrò aphthæ,quæ tempore vel cacochymia, vel aſſidua & pertinaci fluxione,latenti vitio,vt à lue venerea fiũt κακοήθεις, malignæ & δυσθεράπευται, validioribus remediis indigent (quæ miſtæ ſint facultatis)id eſt acrioribus ſimul & valde adſtringentibus.

Ærugo bulliat cum vino, dein penicillo

cillo vel bacillo inuoluto linteo admoue aphthis.

Gallam puluerato, & aceto acri terito, admoue, & illine.

Alumen vſtum cum ſidia terito ac pauco aceto: & penicillo tãge aphthas muria, præſertim colymbadum, cum aceto miſta, admoueatur aphthis.

Chalcitis trita & oleo miſta, pinna vel penicillo illinatur.

Calcanthum vſtum, cum melle miſtum, illinatur aphthis.

Omphacium, cum vino auſtero,

Si aphthæ exaſperentur, ſerpántque depaſcendo, putrium & corrodentium modo, collutionibus & gargariſmatis vtendum validioribus, vt Muria colymbadum cum omphacio, aceto, & pauca chalcitide,

Squama æris puluerata & trita, melle commiſta.

Mauritanorum & recentiorum remedia ad aphthas ſunt collyriũ Lãfrãc. *Arabũ & recẽtiorũ remedia ad aphthas.*

quod conſtat ex contrariis,adſtringen-gẽtibus,& acrioribus. Vide deſcriptionem apud Guyd. cauli, in vlceribus virgæ.

Item aqua aurificum & chymiſtarum,qua ſeparant aurum ab argento,ac metalla liquefaciunt. Hæc fit ex chalcantho & nitro. Raro vtimur pura & ſola,ſed ea diluta aqua roſarum aut plãtaginis,aut ſecunda vocata,quæ frequẽti vſu mitior eſt reddita. Hac contingimus aphthas penicillo, vel bacillo obuoluto linteolo.

Poſtquam chirurgus hac aqua tetigit aphthas ſemel,iterum,& tertio,expuuntur multa pituitoſa longo ptyaliſmo. Deinde os abluitur aqua roſarũ, plantaginis,aut etiam decocto hordei, ad deterſionem & ardorem mitigãdũ.

In aphtharum progreſſu,repellentibus miſcemus aliquid detergens,vt decoctum hordei,& cicerum rub. mel roſatum, decoctũ lupinorum.nam à par-

tibu

60

tibus vlceratis, ſemper aliquid reſudat quod detergendum eſt.

Si vlceris oris & aphtharum κακοήθεια & malignitas aquam chymiſtarũ, vel ſublimatam, vel collyrium Lanfranci deſideret: ea nõ eſt vſurpãda gargarizatu, ne aliquid deerret in ventriculũ & œſophagum, ſed vlcera blandè & cautè ſpecillo vel bacillo iuuoluto bõbace vel linteolo, attingenda. *Cautio adhibenda.*

Illud obiter dicendum, in vlceribus oris, vtendum deterſoriis, deſiccantibus, & modicè refrigerantibus, præſertim cum huiuſmodi vlcera vix abſque inflammatione aut φλογώσει videas. Conueniet igitur, huiuſmodi gargariſ. Rec. agrimoniæ, plantaginis, ceterach ſummitatum rubi ſylueſtris, foliorum polygoni, foliorũ mali cotoneæ, ana. m.ij.f.decoc. Cui adde ſyrup. roſarum laxat. vnc. j.ſ. vel ſyrup. roſarum ſiccarũ.

Tandem ad claudendas aphthas & vlcera oris cicatrice, vtendum garga-

riſmate vel collutione valde ſiccante, & adſtringente: quale eſt quod ſequitur. Rec. Agrimoniæ, polygoni, foliorum rubi, piloſella, pyri ſylueſtris, ſumacha, blauſtiorum ana. m. ij. roſarum, p. j. ſ. decoctio in aqua & pauco vino rubro. Cui adde aluminis roche vnc. j. Licebit etiam addere aliquid diamoron, vel ſucci alicuius adſtringentis, & vini rubri valde adſtringentis.

Illud obiter monendum, poſt illitũ corporis ab vnguento recipiente hydrargyrum, ſi aphthæ excitẽtur ſemel, nunquã ceſſare defluxionem in os, donec vlcera curata fuerint integrè, & dentes deterſi: proinde vtile fuerit confricare dentes aqua chymiſtarum & forti, diluta & emollita aqua plantaginis vel roſarum.

Ad aphthas, cum diuturno ptyaliſmo.

Si aphthæ & vlcuſcula contumaciores vel vitio hepatis aut toti⁹ perſeuerarint & aſſiduo ptyaliſmo ac ſaliuatione ægrum moleſtarint, vtẽdum purgatio-

ne

ne ad reuulſionem per inferiora. Hac ratione ſuppreſſimus ſepe defluxionẽ in os & ptyaliſmum.

Si his defluxio in os & aphthæ non tollãtur, cucurbitulæ admoueãtur ſcapulis cum ſcarificatu, longa mora, vt tãdem puſtulę excitentur, quibus apertis humor ſinatur aliquot dies ſtillare & vacuari. Si malum ſit pertinax, recurre ad methodum vniuerſalem ſupra traditam: vbi varios modos reuulſionis, & deriuationis dedimus.

Gingiuarum affectus.

Gingiuarum affectus fere omnes à defluxione oriuntur & Rheumatiſ.

Παρυλὶς, Inflammatio gingiuæ cum tumore.

τὸ οὔλον. gingiua, à mollitio. nã οὖλος ὁ tenet.

Ἐπυλὶς

Ἐπουλὶς,	Caro gingiuæ excreſcens & tumens.
Gingiuarum	Nimia mollities & teneritudo, vnde ſæpe in quibuſdã fiũt cruentæ, aut excrementitio humore prægnãtes, molliuſculæ, & fluidæ.
Gingiuarum,	Corroſio, vlcus, fiſtula.
Carnis gingiuarum.	Abſumptio, defectus, à ſiccitate & nutrimenti proprij inopia, vt in ſenibus aliquando à defluxione acri erodẽte.
Gingiuarum	fœtor ratione vlceris, eroſionis & putredinis carnis gingiuarum.

Curatio.

PΑρυλὶς, gingiuarum inflammatio, curatur oleo lentiſcino & maſtichino retento in ore tepidè, Item oleo roſaceo recenti,

Succis, & decoctis modicè adſtringunt, qualis ſuccus granatorum, decoctum aut aqua roſarum, plantaginis

Succus portulacæ, ſemperuiui, lactulæ cũ pauco ſucco omphacii. Memineris tamen gingiuis inflammatis eſſe aduerſiſſima, acetum, acida, acria, amara, ſalſa, dura. *Quæ gingiuis inflammatis aduerſentur.*

Si ἐπυλὶς, & gingiuæ inflãmatio ad ſuppurationem ſpectet, iuuat cremor hordei, decoctum radicis & ſeminis altheæ, & maluæ, paſſularum, ſe. lini, ore retentum,

Si abſceſſus ſponte vel arte rumpatur, curetur methodo tradita de angina & tonſillis.

Ε᾽πυλὶς, Gingiuarum caro excreſcens

cens ſine inflammatione, curabitur

Muria oliuarum colymbadum,

Raſura linteorum, lino carpto diu admoto gingiuis,

A lumine vſto, galla, chalcitide pulueratis & affrictis, admotis gingiuis,

Decocto malicorij, balauſtiorum, gallarum,

Squama æris puluerata, & in aceto aliquot diebus macerata,

Sale torrefacto, trito, dentibus affricto.

Gingiuæ molliores, teneriores, flaccidæ, humore aſſiduo prægnantes curantur muria colymbadum oliuarum,

Oxymelite, cum pauco alumine vſto, ſi nulla fuerit inflãmatio, teneat ſæpe in ore ad latera gingiuarum conſeruam roſarum: vel fruſtulum carnis cydonij conditi in ore verſet.

Corroſio, Vlcus, Fiſtula, Gingiuarũ, Depaſtio.

Gingiuæ ob malum habitum & imbecillitatem à natura vel aliunde contractam,

tractam, tentantur ſæpe fluxione acri & diuturna: vnde eroſio, vlcus, carnis depaſtio, denudatio, materiæ putridæ collec. fœtor oris. Pro horũ curatione,

Corpus vniuerſum purgetur, deinde caput priuatim vacuetur, vt ſupra dictum in methodo generali pro cura omnium deſtillationum.

Si gingiua ſit plena ſorde, pituita, limo purulento, Chirurgus repurgabit ſcalpro blandè quicquid erit corruptũ & vitioſum:

Deinde fricabit gingiuas oxymelite ſcillitico, vel addito pauco alumine vſto, vel ſpecillo obuoluto bombace vel linteo. Tãget gingiuas collyrio Lãfranci, aut aqua chymiſtarum diluta pauca aqua roſarum aut plantaginis.

Rec. alumnis vſti drach.ij. mellis roſat.vnc.iij.miſce, hac miſtura illinantur dentes liuentes, rubiginoſi, denigrati, pituita aut pure limoſo pleni. *Remedium probatum.*

Radix altheæ blandè emollit dentiũ rubiginem,

rubiginem, & terget ſine dolore,ſi ea fricentur.

Qui ſtudet dentium candori &tutelæ, quolibet mane dentes fricabit tergebitque radice altheæ,vel alceæ prius maceratis in aqua aluminoſa,

Vel folio ſaluiæ, cum vino albo, vel vrina,

Vel panno coccineo madefacto vino albo,vel vrina tepida,

Vel miſtura mellis cum momento ſalis pulueratí,alumine vſti.

Rec.cornu cerui vſti, ſalis communis torrefacti,tartari,oſſis ſæpiæ,corallii vtriuſque ana.drach.j.ſ.puluis tenuiſſimus, quo blandè fricentur dentes dein abluantur vino, radix iridis Florentiæ.

Licebit dictum puluerem excipere melle cum pauco oxymelite ſcillitico, & reduc in opiatam.

Ex manardo. Si vlcus ſit in gingiuis ſerpens & depaſcens,vre alumen, & extingue vino rubro

rubro auſtero. & huius Rec. vnciam ſemis, maſtiches, thuris, radicis cyperi an. drac. iij. ſ. puluis. quo gingiuas perfricabis, vel melle roſato excipe, & illine gingiuas.

Vel bombacem, aut linteolum circumuolutum bacillo aut ſpecillo, imbutum oleo chalcitidos, admoue gingiuis toties, donec exequentur & albeſcant. hoc enim χακονθείαν vlceris compeſcet, roſionem & ambulationẽ ſiſtet, & vi adſtrictoria vlcus cicatrice claudet.

Ad inſtaurationem carnis gingiuarum eroſæ & depaſtæ.

REc. iridis Florẽtiæ, calami aromatici, radic. cyperi ana. drach. ij. cornu cerui vſti. antheræ, vel ſe. roſarũ, thuris maſtiches ana. drach. j. ſ. puluis qui melle roſato excipiatur. fiat opiata qua fricentur dentes. ſero & noctu maneat

ſuper

ſuper gingiuas, mane abluatur aqua hordei dein vino rubro.

Rec.foliorum oleæ, vel rubi. plantaginis. nucum cypreſſi ana.m.j.balauſtiorum vnc.ſ.roſarum rub.p.ij.alumnis rochæ drach.ij. f. decoctio in aqua ferrata, qua dentes abluantur mane, & ante cœnam, & longè à cæna vt tota nocte vis eius maneat ſuper gingiuis.

De dentium affectibus.

Dentes oſſium, ſoli ſentiunt.

DOlor & ſtupor, proprij affectus ſunt dentium: qui oſſium ſoli, ſentiunt. At ſunt dentium alij communes affectus, cum reliquis oſſibus, vt roſio, caries, perforatio, liuor, rubigo, denigratio, limus vel limoſitas, vacillatio, verminatio, ſuperadditio, fœtor, denſitas & ſtrictura nimia, lithiaſis & velut gypſea, aut ſaxea duricies à ſorde concreta.

Cum dens aliquis dolet, videndum, an

in cauſa doloris quærēda in dentis ſubſtantia. Nam dentes protopathia laborare poſſe vult Galenus quinto κατὰ Τόπους,& ſexto de vſu partium : tamen ratio dictat non poſſe dolere,niſi ope nerui ſubſtrati.

Si dolor dentis ſit à neruo ſubſtrato, dignoſces his notis,

Quia dens erit illæſus, nec foratus, nec eroſus.

Si dolor per vniuerſam mandibulā diffunditur.

Gingiuæ illæſæ, nec tumidæ nec inflammatæ.

Si dolor eſt à gingiuis , coniectabis, quia tument,inflantur,exeduntur:

Eroſæ apparent,aut fiſtuloſæ, malè habitæ,humore aſſiduo fluentes.

De dolore dentis ſedando.

IN primis ſtudendum ac laborandum vt intelligas cauſam doloris.

Quibus notis qualitatem humoris deſtillãtis in neruum dignoſcas.

Nam ſi ab intemperie gingiuæ aut a fluxu humoris in neruum, aut gingiuam, ſine perforatione, aut eroſione dẽtis, cognoſces proprijs ſignis, vt colore gingiuæ & faciei.

Tactu partis & mandibulæ, calidioris aut frigidioris.

A iuuantibus & nocentibus.

A temperamento & pręcedẽtibus, quæ omnia medicus exercitatus perpendet,

In atroci ὀδοντ-αλγίᾳ ſtatim purgandum.

Statim atroci dolore vrgente, corpus vniuerſum purgandũ, hic neglecta humorum preparatione Arabum. Nã ὀδονταλγία ferè omnis, & dolor dentis, ac gingiuarum, eſt à deſtillatione.

A purgatione, eáque, ſi opus ſit, ſępe iterata, reliquus humor reuellendus, & deriuandus, methodo ſupra dicta, vt clyſtere, cucurbitulis in ſcapulis, frictione extremorum.

Vtendum tenuiſſimo victu.

Gingiuæ colluendæ decocto contrario

trario intemperaturæ, & humori efficienti dolorem.

Collutiones oris,ad cauſam frigidã, fiant ex incidẽtibus,calfaciẽtibus,qualia ſunt origanũ, calaminthe, hyſſopũ, naſturciũ, maiorana, ſaluia, pulegium, thymum, pyrethum,galanga,piper & ſimilia.Calidis tamen adiunges quædã adſtringentia ad fluxionem inhibendã, vt roſas,balauſtia, malicorium. Decoctio fiat in aceto vel vino rubro ſtyptico. Decoctum ore continebitur tepidum,vel paulò calidius.Aliquando dẽtes & gingiuæ eo colluentur, & vapor ore hiante excipietur. *ad cauſam frigidam.*

Rec.ſaluiæ maioranæ, hyſſopi, thymi ana.m.j.radic.pyrethri,galangæ,pẽtaphylli ana.drach.ſ.f. decoctio in vino rubro. Contineatur ore tepidum,tollit dolorem & ſiſtit fluxionem. *Sedantia dolorẽ dentium à cauſa frigida.*

Decoctum pyrethri,ſtaphiſagriæ,zingiberis,piperis, ariſtolochiæ rotundæ ex aceto,ore rerentum.

Pyrethrum confert, decocto, manſu& maſticatione, impoſitione in dẽtẽ:

Caſtoreum denti cauo impoſitum, aut ſupra dentem:

Decoctum nucis pineæ, cum aceto ore retentum:

Opos cyrenaicus, id eſt aſſa fœtida immiſſa denti cauo, ſedat dolorem:

Gummi iuniperi bulliat in aceto, aut vino rub. & eo decocto colluetur os: ſiſtit enim fluxionem, & roborat gingiuas.

Rec. theriacę ſcrup. j. opij. gin. i. ſ. miſ. & denti imponatur, vel dens totus operiatur.

Ad cauſam doloris calidam.

Placantia dolorem à cauſa calida.

ACetum calidum ore retentum, vbi abeſt inflammatio.

Suffitus, ſem. hyoſcyami, in dentẽ cauum exceptus per cannulã aut fiſtulã.

Semen vel folia hyoſcyami, bulliant

in

in aceto, & vapor excipiatur in os per fiſtulam aut cannulam.

Rec. ſeminis hyoſcyami, myrrhæ. ſtyrac. calamintæ, galbani, piperis, opij, ana. ſcrup. j. excipiantur cera, pice vel theriaca, & pars denti imponatur.

Lac tepidum retentum ore anodynum, etiam ſi gingiuæ ſint inflammatæ, Aëtius.

Acetum indiſcriminatim vſurpatur, in decoquendis ſimplicibus ὀδοντικοῖς, tum calidis, tum frigidis. *Gale. 5. κ. τ. & Auic. & Guydon. Caul.*

Oleum roſatum, violatum, amygdalinum, tepida ore retenta, ſunt anodyna, etiam ſi gingiuæ afficiantur calore, aut inflammatione.

Decoctum paſſularum, ſe. lini, radicis althææ, ſe. maluæ retentum ore, eſt paregoricum, chalaſticum & reſoluēs, etiamſi gingiuæ intemperie calida, aut phlogoſi laborent.

Quædam foris admota, anodyna.

Foris admota ſedantia dolorem dentium. DOlor dẽtis etiam ſedatur foris admotis, vt ſacculo ex milio & ſale calfactis.

Sacculo ex floribus chamœ. meliloti, anethi, ſambuci, mãdibulæ admoto.

Præſertim ſi fluxio fiat per partes capitis extra craniũ. Emplaſtrum admoueatur temporibus, ex pice ſola, vel emplaſtrum contra rupturã, vel Comitiſſæ, vel aliud eiuſmodi ex thure, ladano, bolo armeno, exceptum pice, maſtiche, & pauco oleo myrtaceo, vel maſtichino.

Sunt qui ſcribant dolorem dentis etiam ſedari inſtillationibus in aurẽ, paulò calidioribus, aut frigidiuſculis, pro natura humoris gignentis dolorem, vt oleo rutæ, amygd. amararum, caſtorei, laurini in cauſa frigida, aut roſarum, violato, in cauſa calida.

Vaporatio etiam decoctionis frigidorum aut calidorum, pro ſcopo quæſito, poteſt commodiſſimè recipi in aurem per infundibulum, corpore diligẽter purgato.

Reme

Remediorum itaque ὀδοντικῶν formæ ſunt multiplices, *Forma varior remediorum ὀδοντικῶν.*

Collutiones,

Vaporationes,quæ per tubulum aut fiſtulam recipiuntur in dentem cauum.

Linimenta, opiatæ, quæ denti cauo imponuntur.

Obturatio foraminis dentis eroſi,ne mandendo aliquid cibi aut potus deerret in neruum.

Inſtillationes in aurem.

Foris admota, vt ſacculi, lana ſuccida,olea,Vnguenta.

Emplaſtra,admota temporibus.

Incantamenta, quibus mira, abdita & ſubita ratione,dolor dentis placatur.

Nam ſenecta anguium decocta vino Dioſcoridi,vel aceto Galeno, inſtar incantamenti, dẽtium cruciatus celerrimè mitigat. *Aëtius ſpolium & ſenectam ipſam ſerpentis dentibus affricat.*

Quid dicendum de radio paſtinacæ marinæ? quo ſi gingiuæ ſcarificentur,dolor dentis ſtatim cõquieſcet.Cu-

ius etiam puluerati contractu, pauco tamen helleboro albo admiſto, dens ſine dolore ſponte decidet.

An ſpiritus imaginationi obſequantur?

Sunt, qui ſiniſtra manu dentem dolentem blandè apprehendunt, ita vt pollice partem dentis exteriorem, indice interiorem contingant, admurmuratis interim quibuſdam verbis, atque ita repente dentis dolor ſedatur.

Sunt qui περίαπτα quædam, & amuleta brachio aut collo appendant geſtanda ad dentium cruciatus demulcendos.

Si dolor dentis eſt à corruptela, eroſione, perforatione, an dens extrahendus, & quomodo?

DEntes raró dolent, præſertim diu, niſi arroſi fuerint, eroſióque ad neruulum ſubſtratum, internámque capacitatem penetrarit. Dentium molares ſæpius & atrociùs dolent, quòd latiores,

res, inæquali ſuperficie conformati, prõptiùs admittãt humores erodẽtes.

Eroduntur autem & perforantur, vel longa defluxione humoris acris, vel à negligentia repurgationis, vel à longa mora excrementorum, & reliquiarum cibi in commiſſura dentium, & ab vſu frequentiori, dulcium, viſcidorum, durorum, fractu contumacium, ab alternatione ſubita calidiorum, poſt frigidiora, aut contra, à fuco frequenti, ceruſſæ, ſublimati, vnctione vnguenti Neapolitani.

Vt ſtillæ aquarum ſen ſim cadẽdo, cauant lapides duriſſimos.

Cauſæ eroſionis dentium.

Quæ ſuadeant dentis extractionem forcipe dentario, vel medicamento.

IN dentis corruptela, eroſione & vitio, varia vſurpamus remediorũ genera. Nam ſi a purgatione corporis & capitis, eaque ſæpe repetita, dolor tamen ſęuus & excrucians ſæpe recurrit, & nullis blandimentis ſedari poſſit: aut quum

Quæ ſuadent dentis auulſionem

Quum dens eroſus,ſui cõtagione, corroſione,& putrefactione,vicinis dentibus incommodat,& ciborum manſum & attritum impedit, dum ſcilicet dentes aduerſi mãdibulæ oppoſitæ impellunt cibum,in dẽtem cauum, vnde dolor, tunc dentem perforatum & excruciantem forcipe dentario plerique ſuadent auellendum. Sic enim dente extracto & auulſo,neruus, qui radici dentium vel alueolo inſeritur, iam non apprimitur, nec cœco foramine materia putris in dentis caneruulis retinetur, ſed tranſpirat, & remedia commoda facilius admittit.Sed antequam dẽtem cum ferramento extirpes, à purgatione totius corporis dentem ipſum prius circumſecus repurgare, & gingiuam ſcarificare oportet.Contra ſunt,qui cẽſent, dentes eroſos & perforatos non ſtatim nec temere euellendos præſertim magna vi & conatu,vt plerique doloris impatientes extirpari iubent.Sed

durandum

durandum & expectandum, vt ſenſim vacillent, quoad dens corruptus marcidus euadat, ligamēto neruóque, quibus dentes firmantur, emollitis, & ſolutis. Interim, ſi quid in ſuperficie carioſum eſt, & conſpicuum, decidatur ac deradatur lima, & ſcalpro tollatur, radice manente incolumi. Ita fiet vt inter mādendum, dens aduerſus incolumis dentem eroſum non apprimat. Alij cōſulunt, dandam eſſe operam, vt dens eroſus, foratus, ſpōte decidat. Id autem præſtabitur medicamentis acribus, ſiccantibus, vt mox videbis. Sunt qui ferro candenti cauum dentem inurunt, vel oleum calens, vel aquas cauſticas chymicorum & aurificum denti imponunt. Sic enim neruus ſenſum illum exactiorem amittet. Sed ferrum candens, vel medicamentum cauſticum fortius & frequenter eſt denti cauo imprimendum. Alij imponūt denti chalcitidem, vel eius oleum, arſenicū recentiorum

Sepè ſymptomata terrifica ſequūtur dētis auulſionem violentam.

Pro iis, qui dentium auulſionem auerſantur.

tiorum

tiorum vel eius aquam, aquam ſublimatam, pyrethrum aceto acerrimo nutritum, cauo denti imponunt, alij granum thuris calidi, alij auripigmentũ aceto diu maceratum, vel puluerem euphorbij, ſalem ammoniacum. Succus etiã vel lac tithymali exceptum galbano, denti commodè imponitur.

Tollunt dẽtem citra dolorem ſiccãdo humorem ſubſtãtificum ligamenti.

Rec. auripigmenti, pyrethri, piperis, ana. drach. j. ſ. miſtura cum ſucco tithymali & pauco galbano, qua dẽtes caui impleantur, vel tegantur, aliis interim præmunitis.

Rec. pul. hellebori, pul. radic. eſulæ ana. ſcrup. ij. incorporentur cum ſucco tithymali, & denti imponantur.

Rec. ſulphuris viui, ſtaphiſagriæ ana. drach. ſ. pipiperis, pyrethri ana. drach. j. ſ. puluis, qui excipiatur ſucco tithymal.

Si foramen dentis eſt anguſtius, aperiatur ſtilo vel limula, vt neruus tranſpiret: dein imponendum oleum calens cum xylo, vel oleum caryophillorum,

vel

vel chalcitidos. Nam cum foramen eroſionis eſt cæcũ & anguſtius, dolor eſt atrocior: quòd neruus non tranſpiret, & remedia non tangant neruum.

Sunt qui allium coctum ſub cineribus, calidum denti eroſo imponant, & partem in aurem tepidam immittant.

Ad dentes rubigine, liuore, limo, ſorditie, obductos.

DEntes liuent, & rubiginoſi, limoſique euadunt, aliquãdo fiunt ſublutei, à limo & ſorde, tamen ſine corruptione: vel

Alia oſſa alterantur, corrumpuntur, ſi fiuntque liuida, nigra, lutea à ſanie, aëre: ſi nudentur carne, & perioſtio. dentes verè etiam ſine corruptione mutant colorem.

Ab influxu vitioſorum humorum,

A negligentia repurgationis,

A tetro habitu & euaporatione miſſis à ventriculo & viſceribus,

Ab vſu frequenti ciborum acidorũ, dulcium, viſcidorum, lactis,

Ab vſu calidiorum actu, & mox frigidiorum, horúmque duorum ſubita alteratione.

A ſuco

A fuco ceruſſæ, ſublimati.

Ab illitu vnguenti neapolitani.

Curatio ſorditiei & rubiginis dentium.

Si gingiuæ aliquid corruptionis, eroſionis, putredinis, aut vitij ſenſerint, vide ſupra, in morbis gingiuarum, quid agendum.

Dentes verò fricabuntur melle ſelecto: cui aliquid ſalis torrefacti ſit admiſtum.

Remedium probatum. Rec. oxymelitis ſcyllitici vnc.iij. fricentur dentes quolibet mane. tergit enim potentiſſimè & incidit limum & ſordes dentium, imò & gingiuarum vitia.

Rec. aluminis vſti. drach.ij. mellis & oxymelitis ſcilli. ana. vnc.ij. miſce. Illine dentes liuidos, ſordidos, limoſos.

Qui ſtudet læuori, candorique dentium, quolibet mane repurgabit dentes à limo & rubigine, pituita viſcida, ſitu & colore fœdo, fricando aceto, vel

oxymelite

oxymelite ſcyllitico. Oxymelitis huius vires miras infra videbis, macerabit radices multas altheæ, vel alceæ in aqua aluminoſa, & his ſiccatis dentes mane fricabit. Nam emolliunt rubiginem & limum, ſorditiemque tergent.

Sunt, qui quolibet mane tergunt dẽtes folio ſaluiæ, cũ vino albo, aut vrina.

Item panno cæruleo vel coccineo, madefacto, aceto ſcyllitico, vel oxymelite ſcyllite (vbi gingiuæ nõ ſunt inflammatæ) vel ſoluto in vino albo, aut vrina.

Rec. ſalis ammoniaci, ſalis gemmæ ana. vnc. iij. alumnis rochæ vnc. ij. ſ. ſulphuris lutei pinguioris vnc. ij. læuigentur ſimul in mortario, deſtillentur omnia ſimul, & mane hac aqua ſtillatitia fricentur dentes.

Rec. corall. vtriuſque, ſalis torrefacti ana. ſcrup. ij. alumnis vſti drach. ſ. raſuræ eboris, cornu cerui vſti ana. drach. ſ. ireos Florẽtiæ drac. ſ. ſacheari candi, drac. j. ſ. puluis, quo fricentur dentes.

Rec.

Rec.ſalis communis vnc.iij. aluminis rochæ vnc.iiij. rad. ireos Floẽrtiæ,vnc. v.miſce, & fac aquã ſublimationis, qua dentes quolibet mane fricentur.

Quibus conſtent dentifricia, ὀδοντρίμματα.

Dentifricia miſtis conſtant facultatibus.

DEntifricia fiunt ex tergẽtibus moderatè ſiccantibus, roborantibus, cuiuſmodi ſunt

Sales torrefacti,

Cornu cerui vſtum,

Lapis pumicis,

Tartarum, fæx vini,

Corallium vtrúmque,

Lana ſuccida vſta, cum ſale torrefacto, Aët.

Raſura eboris,

Marmor tritum,

Myrrha,

Maſtiche,

Sandalum citrinum,

Cortex

Cortex ouorum vſtus,
Oſſa myrobalanorum,
Teſtæ omnium teſtaceorum,
Margaritæ,
Oſſa dactylorum,& oliuarũ vſta
Theriaca, } *tergent & ſiccant.*
Mithridatios
Opiata Guydonis ad peſtem.
Radix iridis Florentiæ,
Panis hordeaceus,
Cinnamomum.

Ex his læuigatis & pulueratis,parantur dentifricia.

Forma. } pulueris, trochiſcorum, pyramidis oblongæ.

Excipiendo muccagine gummi Arabici,vel tragacanthæ, vt digitis teneri poſſint ad commodiorem cõfrictũ.

Dentibus amica & conferentia.

AD dentium incolumitatem quæritur candor, læuor, oſſea ſoliditas, *Dentium incolumitas quibus conſtet.*

firma ſtatio in alueolis, gingiuarum caro integra, firma, dura, adſtricta, nec cruenta, nec fluida.

A cibo repurgare oportet dentes cuſpide lentiſci, myrti, roſmarini, cypreſſi. Nam purgando roborant, propter leuem adſtrictionem. Cauendum tamen à nimis curioſa & diuturna fodicatione, præſertim in præparatis ad deſtillationes. Sunt qui ab epulis dentes mundant, ac reliquias ciborum tollunt à dentibus cuſpide pennæ ſcriptoriæ attenuata, aut palea ſecalis tenuiſſima ſed firmiori; idque commodius quam dentiſcalpio argenteo vel aureo, quod nõ ignorauit Martialis, cum ait

Lẽtiſco melius. Sed ſi tibi frõdea cuſpis
Defuerit, dentes penna leuare poteſt.

A purgatione abluantur dentes vino adſtringente, mero aut diluto aqua ferrata, pro natura cerebri aut ventriculi eius, qui dẽtium incolumitati ſtudet.

Fricentur quolibet mane, aut ex interuallis,

teruallis, dentes, puluere ſmectico, ad ablationem præſentis, aut inhibitionẽ futuri limi, ſorditiei, calli gypſei, coloris fœdi. Materiam huius pulueris quære ex capite ſuperiori.

Habere curam ſtomachi, & probæ concoctionis facit plurimum ad dentium tutelam.

Excrementa corporis, ſed præſertim capitis quotidie vacuāda, ad quod præſtandum plurimum faciet lotio capitis ex decocto ſimplicium cephalicorum.

Si dentes committuntur dẽſius preſſiuſque, proderit limula intertere, vt rarioribus interuallis iungãtur. ſic enim facilius repurgabuntur, & eroſio, vitiumque vnius, alteri non incommodabit. Audio Mauros id facere in ſeruis adoleſcentulis, ne deſtillationibus in dẽtes ſint obnoxij, aſſiduóque dentium dolori.

Commiſſuræ & interſtitio dẽtiũ ſint peruia & latiora.

Aduerſa & noxia dentibus.

CRuditas & omnis noxa concoctionis (Indigeſtionem Mauritana medicina vocat) ructus & vapores ſurſum attollit, dẽtibus & capiti aduerſiſſimos.

Somnus à crapula, caput vaporibus implet: vnde colligere licet, omnia capiti contraria, dentibus quoque aduerſari.

Dulcia, pinguia, viſcida, quia diu inhærent dentibus, & horum interſtitijs, ſic dentes ſordidos, ἰλυώδεῖς & limoſos relinquunt.

Acida cur dentibus aduerſa & cur ſtuporẽ inferunt?

Acidorum quoque frequens vſus. ſtuporem enim dentibus inferũt, propter aſpredinem & inæqualitatem in ſuperficie: aut quia ſua tenuitate frigida altius in ſubſtantiam dentis & nerui penetrant.

Duriora & fractu contumacia, ſi dẽtibus mandantur, frangantur, atterãtur. hæc enim dentes agitant, conuellunt, lancinant.

Lactis vſus quotidianus dentes multorum

torum labefactat.Gal.v.ſanit.tuendæ.

Omne opus piſtorium, vt rhyemata & quæ ex lacte,caſeo, & ſimilagine parantur. Nam diu inhærent dentibus, & dentium interuallis,

Vſus aſſiduus calidorum, & frigidorum alternatim.

Longa, curioſaque repurgatio dentium,præſertim per aciculam, aut dentifriciũ argẽteũ, aut aciẽ mucronẽque cultelli acuti:hæc enim ſoluũt ligamẽta dentium:vnde roſio,vacillatio.

Mandere cibos altera tantum parte. Nam dentes otioſi citius marceſcunt & corrumpuntur, limóque & ſorditie obducuntur. Saccharum dentibus ſi quid aliud aduerſiſſimum obſeruaui, adfert enim rubiginem & nigredinem. quare ab eius vſu, & omnium bellariorum piſtoris dulciarij,os vino collui ſatius fuerit.

De ſtupore dentium.

Stupor à deſtillatione acidæ pituitæ præcedit aliquando dentis corruptelam.

DEntes ſtupeſcũt à ſubita intemperie frigidiori, vt flante ſæuo Borea dentes ſæpe rigent & gelaſcunt. Nam frigidum dẽtibus inimicum. Idem cõtingit ab vſu rerum acidarum, auſteriorum, ſi diu ore contineantur.

A deſtillatione acidæ pituitæ in dẽtes, aut neruum denti inſertum, & huiuſmodi ſtupor cum dolore præcedit ſæpe liuorem & corruptelam futuram dentis.

Imaginatio, vt cum videmus aliquẽ mãdere acida, aut atterere aliquid lima cum ſtridore, dentes nobis obſtupeſcunt.

Vomitus acidę pituitę, aut humoris melancholici, quibuſdam dentium acorem excitauit, id obſeruaui in melancholicis & lienoſis.

Obſtructio neruuli ad radicem dẽtis pertingentis parit ſtuporẽ dẽtibus, ſed tunc obſtructio ſolet eſſe diuturnior: & tamen eſt ſine dolore in mãdẽdo.

Atque

Atque ita dentium ſtupor eſt duplex, alius cum dolore inter mandendum, alius ſine dolore. Rurſus ſtupor dentiũ vnus eſt actio diminuta, alius actio deprauata. Illud obiter dicã, frigidiſſima, vt aquam niualem aut glacialem, non facere, aut rarò, ſtuporem: cum tamen acida minus frigida ſtuporẽ facilè inferant. Hoc autem contingit propter aſpredinẽ & inæqualitatem in ſuperficie: aut quia ſui frigida tenuitate altius in dẽtis ſubſtãtiã penetrãt. id quotidie obſeruamus in acie & mucrone cultellorum poſt inciſionem mali citrei & aliarum rerum, ad ſectionem ineptis. *Stupor dentium duplex.*

Cura ſtuporis dentium. Cõfert mãdere, & continere diu in ore portulacam, butyrum, medullam panis albi aqua infuſam, medullam panis recentis etiam adhuc à furno modicè calentis, caſeum recentem, vitellum oui coctione induratum, colluere diu os lacte, ptiſana, oleo amygdalarum dulcium.

De linguæ affectibus, vitijs, & ſymptomatis.

LIngua ſuos patitur affectus & vitia, quæ etiam à defluxione magna ex parte oriuntur.

Huic accidũt, Inflammatio, pro hac recurre ſupra ad curationem tonſillarũ inflammatarum, & vuææ.

Inflatio ſine inflammatione, quæ tanta eſt aliquando, vt ore vix contineri poſſit. In hac Gal. 14 methodi, poſt purgationẽ vſus eſt ſucco lactucæ, in collutione oris. Rhaſes & Arculanus vtuntur ſucco granatorum & oxalidos.

Βάτραχος *Pauli, &* βατάχιον *Aëtij, vt morbus eſt linguæ, dicitur ranula Arabibus, Græcis tumor eſt phlegmonodes partiũ quæ ſunt ſub lingua, precipuæ venarũ,* Grecorũ remedia ea ſunt, quæ ſcribuntur ad aphthas. Tandem in inueteratis ve-

ratis,venas ſub lingua diuidunt. Arabes duplicem faciut ranulam, vnam mollẽ, albicãtem,& œdematoſum tumorem, alteram, duram,liuentem, aut nigricãtem cancroſamque: quàm melius eſt non attingere præſertim ferro. Vide Arcul.

Spaſmus, vide quæ ſeorſum à nobis ſunt prodita de ſpáſmo.

Paralyſis,reſolutio. De hac etiam in genere,& perticulatim tractabimus.

Motus linguæ læditur trifariam.
- Aboletur omninò, fit paralyſis & ἀλαλία.
- Diminuitur, cũ difficulter, & tardè mouetur.
- Deprauatur, variis modis, vt mox dicam.

Cum lingua expeditè mouetur,& pronuntiatio fit recta,motus ille linguæ & oris, dicitur εὐλαλία, καὶ ὀρθοέπεια.

Hinc regina rerum eloquentia.

Deprauati motus linguæ. Pronuntiationis & ſermonis multa ſunt vitia.

Μογιλαλία, vitium commune eſt multis ſymptomatis.

Μογιλαλοι ſunt quidam à prima origine, quidam à morbo.

A natiuitate, quum linguæ vinculũ ac ligamentum durius aut breuius à natura eſt productum. A morbo vero fit linguæ ἀγκύλωσις à cicatrice duriori relicta ab affectu aliquo, vndè ἀγκυλόγλωσσοι.

ἀγκυλόγλωσσοι. Τραῦλος, μογιλάλος eſt, cui lingua breuior, quàm vt poſſit anteriores dentes premere ad prolationem literæ, r, & t. vnde pro τραῦλος, τλαῦλος. quo vitio laborabat Demoſthenes. qui λήτορικὴν pro ῥήτορικὴν pronuntiabat. Τραῦλος autem circa vnam certam literam hæſitat, & offenſat præſertim, r, ῥ.

τραυλισμὸς vitium linguæ.

Simili vitio laborat ferè, βλαισὸς, Blæſus, βεβλαμμένος τὴν γλῶτταν, qui literam

teram aliquam exprimere vix poteſt. Hoc vitium nonnullis ineſt à natura, vt Demoſtheni: qui artis ſuæ primam literam ſonare nequibat. Eodem vitio laborabat Metellus pontifex, Alcibiades quoque pronuntiando certam literam obſcurabat, ſed delitiis potius, quàm naturæ illius pleríque tribuebant. In hoc ſermonis vitium etiam Lutetianæ fœminæ quotidie incidunt, dum Maſiam pro Maria, maſitum pro marito ſonant, vt blandius loqui videantur. Hæc linguæ & oris vitia, Gaza apud Ariſtotelem vertit blæſitatem, balbutiem, heſitatem, vel more Ciceronis heſitantiam. Quæ tria etſi videantur oris & linguæ motu deprauato differre, tamen Ariſtoteli omnia ab imbecillitate linguæ & inſtrumentorum ſermonis eueniunt, quod illa ob debilitatem imaginationi & intelligentiæ loquētis

Blæſus natura. Blæſus affectione.

In problemat.

Blæſus circa literam certam.

Balbus, literam vel ſyllam prætermittit.

Inter Ariſtot. & Aphrodiſæum non conuenit de cauſa blæſitatis.

obſequi ſubminiſtraréque nequeant. At medici non ſoli imbecillitati, ſed etiam linguæ & aliorum inſtrumentorum malæ conformationi, morbis ac vitiis, hæc ſymptomata adſcribunt.

ἰσχνο-φωνία.

ἰσχο-φωνία, hæſitantia Ciceroni.

Iʹσχνοφωνία vitium linguæ & ſermonis, quò ſyllaba ſyllabæ copulari cito non poteſt. Cicero ἰσχνοφωνίαν, linguæ hæſitantiam vocat, Budæus ἰσχοφωνίαν mauult legere. quòd ἰχνοφωνοι ſint, qui bus vox ſupprimatur & ſiſtatur inter loquendum, Galenus ἰσχνοφώνυς legit quaſi λεπ͂τοφώνυς etiam ſi hos ab illis diſtinguat, commentariis in Epidem.

A nonnullis hoc vitiū affectatur, vt blandiores videantur, in ſermone.

Ψελλισμὸς, linguæ vitium à quo ψελλὸς, qui inter pronuntiandum litteram, vel ſyllabam vnam elidit vel obſcurat, vt cum pronuntiamus plurimui, audet, pro plurimum audet, animui, agit, pro animam agit,

Sunt pleráque alia pronuntiationis deprauatæ ſymptomata, vt

Linguæ titubantia, & oris tremor,

Sermonis

Sermonis confuſio,

Linguæ ἀγκύλωσις, parit μογιλαλίαν vitio vinculi breuioris. ἀγκύλωσις.

I'σχνότης, exilitas & anguſtia oris in pronuntiando. Sunt enim qui ſemicluſis labiis, oréque ferè conniuente loquuntur. Quod ſymptoma ſi à primo ortu vel à cicatrice in labiis contingat, difficilius curatur. Sin vitium ſit accerſitum & affectatum, vt in blandis & blandiloquis, arte & diligentia emendari tollique poteſt. linguæ. ἰσχνότης. familiaris blãdiloquis.

Πλατυασμὸς, cum ore patulo, & labiis diductis ſermo profertur. Id vitij Germanis eſt familiare, qui ab imò thorace, & pectore verba, velut è ſpecu ecant, buccis inflatis. πλατυασμὸς.

Iteratio earundem ſyllabarum cum deformi linguæ hæſitantia. Id aliis contingit initio ſermonis, aliis in fine, vt cũ pronuntiare ſtudent Cæſar, turpi & indecora offenſatione, dicunt cæ cæ cæſar, & pro Tullio. tututullius, rurſum, βατλολογία βατλαρισμὸς linguæ hæſitantia, offẽſatio.

pro

pro fama, famamama. Quod vitium ſi eſt à mala conformatione inſtrumentorum ſermonis, aut ſi inueterata conſuetudine pertinacius inoleuerit, vix emendatur. Hoc malum grauius efficitur ira, pudore, vehementi animi pathemate. Nonnulli loquendo ſonant coruinum quiddã, alij craſſum & pinguius, alij ſtridulum, ſenile: qualis eſt edentulorum & decrepitorum oratio.

Tronuntiatio per naſum erumpens.

Sunt nonnulli, quibus ſonus pronũtiationis per naſum erumpit potius, quàm per os. Id vitij ſunt qui *naſitatem* vocent.

Suum cuique gẽti & nationi pronuntiationis vitium. ἐνδημιον. & vernaculum vitiũ gentiũ.

Peculiaris eſt ſua cuique genti, patriæ & nationi ſermonis & pronuntiationis deprauatio, vt Biturigibus Viuiſcis viuo pro bibo.

De cauſis μογιλαλίας, id eſt blæſitatis, balbutiei, & linguæ heſitãtiæ, & cuiuſlibet difficultatis loquendi.

Ariſto-

ARiſtoteles ait, vt ſupra monuimus, omnē balbutiem ac blæſitatē hæſitantiámque naſci ob imbecillitatem facultatis animalis mouentis linguam, quæ non ſatis poteſt ſubminiſtrare animo & intelligentiæ. At medicis multæ ac variæ ſunt cauſæ aliæ μογιλαλίας, & deprauatæ locutionis, vt natio, patria, mala conſuetudo, affectatio, morbus, mala conformatio. Hoc loco illud adiicere non neglexero, ſermonis & pronuntiationis primarium & præcipuum inſtrumentum eſſe linguam: cui dentes, labia, narium foramina, palatum, gurgulio, linguæ vinculum ſubſeruiūt. Proinde ſi lingua a prima generatione nō ſatis fuerit abſoluta, ſed aut breuior, aut craſſior, durior, latior in extremitate, hæc inepta ad ſermonis & pronuntiationis functionem: huc pertinet etiam lingua craſſa, & pinguis. Quæ vero læuigata, & tenuis, volubilis, agiliſque fuerit, hæc expeditior & explanatior

Quædam ſumpta ex Ariſtotele, Quint. Eraſ. & medicorū commentarijs.

Lingua quæ aptior ad rectam pronuntiationem.

tior

In oratoribus plerisque talis fuit athenis vel natura, vel arte.

tior ad rectam pronuntiationem, ſuauius enim ſubtilius, & liberalius loquitur labiorũ, Vitioſa compoſitio, cauſa eſt μογιλαλίας, cum ſcilicet fuerint craſſiora, duriora nimis euerſa, vt in labeonibus, & Mauris. tum enim non ſatis expedite mouentur ad functiones illas duodecim obeundas: tardiuſque obſequuntur imaginationi & intelligentiæ.

Oris etiam ſciſſura, & ingreſſus minor, pronuntiationi officit. Nam qui huiuſmodi ſunt ore, non poſſunt ſatis amplè labiorum rictum diducere ad quarundam vocum explanationem: laborantque ſæpe eo vitio, quod ἰσχνότητα ſupra appellauimus.

Vitium vel defectus dentium præſertim anteriorũ & ſectorum, cauſa eſt μογιλαλίας: vnde edentuli, balbi fiunt potius, quam blæſi.

Vitio ligamenti, & vinculi linguæ, vulgus filum vocat. Quibus enim adſtrictius eſt, quàm lingua liberè dilatari produci,

produci, foraſque exeri poſſit, ij inter loquendũ μογιλάλοι, & αγκυλόγλωσσοι, blæſique aut balbi, aut hæſitantes fiunt. Porrò hoc vinculo lingua innititur, firmaturque, & tanquam habenis ducitur, exeritur, reducitur, circumagitur, idque facilè & expeditè, ſi ſymmetrum & moderatum fuerit. Hoc in recens natis infantibus obſtetrices vngue vel ſummo digito rumpere ſolẽt, ſed interim adeò incautè id ſoluunt, vt à cicatrice duriori & grandiori ſub lingua relicta incuruetur, impediatúrque libera ſermonis expreſſio. Vnde μογιλαλία, deprauatáque locutio. *Cautè incidenda pleƈtri linguæ retinacula.*

Contrahuntur etiam vitia linguæ, oris, & pronuntiationis, in pueris à nutrice blæſa aut hæſitante, aut pædotribis præceptoribuſque, vitio linguæ & oris laborantibus,

A mala inſtitutione, conuictu, colloquiis cum blæſis, balbis, hæſitantibus,

A vitio gentis & nationis. Sua enim

cuique nationi ferè eſt pronuntiationis deprauatio, vt labdaciſmus, metaciſmus, πλατυασμὸς, ἰσχνότης, quibuſdam nationibus ſunt vernacula ſermonis vitia.

Affectus animi, præſertim violenti, adferunt ſæpe oris & linguæ titubantiam, deformemque ἰσχνοφωνίαν, imò etiam ἰσχοφωνίαν, hæſitantiam. Similiter pudor & verecundia quoſdam vel doctiſſimos ἰσχοφωνους reddit, quo animi pathemate plurimi dicturi obmuteſcunt, vt olim Iſocrates.

Idem efficit metus & timor, vnde ſæpe vox faucibus hæret, calore ſcilicet & ſpiritu intro reuocatis ob metũ.

Ira pleroſque reddit balbutientes ac hæſitantes, quod lingua inſeruire nequeat animo turbato & concitato. Videas tamen nonnullos, qui excandeſcentes, expeditius & articulatius loquantur. Alii ſunt frigidi & torpidi.

Melancholica ἔκστασις, quæ σιγοῦσα

&

& ſilens dicitur Hippocrati in qua æger non loquitur, & tamen loqui poteſt. Fit enim non vitio organorum vocis aut ſermonis, ſed potius à malicia animi. Nam in melancholica illa taciturnitate: non eſt meo iudicio, obſtructio neruorum à ſucco craſſo melancholico vt vult Galenus. ſed vox & ſermo velut ligantur, à maligna qualitate humoris melancholici. de hoc plura in tractatu de melancholia morbo. Huc pertinet etiam aphoriſmus ille, Si lingua repentè incontinens ſiat. Talè eſt melancholicũ, quo loco Hippocrates non veram paralyſim reſolutionemque linguæ indicat, ſed ἀκρατίαν καὶ ἀσθενείαν, quæ fit non tàm vitio humoris melancholici, obſtruentis, quàm pathematis. Galenus ingenuè fatetur ſe ignorare cur hæc ἀφωνία repentina, dicatur melancholica. *Melancholica taciturnitas.*

Linguæ ariditas nimia, μεγαλαλίαν, ſermoniſque impedimentum & impo-

tentiam adfert. nam quotidie experimur in ſanis, tum in ægris linguam exuccam, ſiccam, aſperam, inęqualem, ſcabram, ſqualidā, fuliginoſam, ſciſſam, nigricantem, eſſe tardam, ineptam & parum obſequioſam ad dicendum, ſermoniſque expreſſionem. Porrò lingua talis afficitur a ſiti, & potionis neceſsitate, a febre acuta, & καύσῳ, calore, ſiccitate, & cum ſaliuatrices glandulæ exiccantur, & humore exhauriuntur, longaque oratione ſiccantur:

Hæc ſymptomata linguę accidūt a calore, & ſiccitate.

A calore cum ſiccitate, exaſperatur, nigricat, fulgine obducitur, rimas & ſciſſuras contrahit.

Contra lingua nimium humecta, aſsiduaque defluxione pituitoſa, imbuta, fit ἀκρατής, incontinens, tremula, titubans, ſermoniſque benè articulati impotens, vt apparet in temulentis, ebriis, & pueris. In talibus, & morbis frigidis, lingua læuigatior, pallidula, liuida,

Qualis lingua in affectibus frigidu humidis

da, languidula, ſero vel albida pituita obducta, ἄχρυς & decolor conſpicitur.

Curatio, μογιλαλίας difficilis, impeditæ, deprauatæque locutionis.

CAuſa balbutiei, blæſitatis, & hæſitantiæ cognita, facilè intelligitur, an malum immedicabile, an non. Nam vitia pronuntiationis, quę contingunt a primo ortu & natura præſertim inſigniora, & in parte valdè neceſſaria ad ſermonis articulationem expeditam, difficilius curantur, vt ſi lingüa præcipuum pronuntiationis organum, longè ſit breuior, aut in προγλώσσι extremaque parte durior, craſſior, latiorque, vix remediis omninò cedet, ſed tamen cura & diligentia leuabitur affectus.

Si a uinculo linguæ actiori nec moderatè laxo accidat balbuties, & linguę ἀγκύλωσις, ligamentum incidendum

eſt forficulis per chirurgum peritum & expertum, animaduerſione tantum habita, ne venæ ſub lingua vulnerētur.

Nam ſi à vulnere aut vlcere per chirurgum, vel obſtetricem, cicatrix durior, craſſior, calloſior, relicta eſt ſub lingua, ſequitur ferè ἀγκυλόγλωσσον, vitium loquelæ, quod & τῆς γλώττης ἀγκύλωσις appellatur.

Vitia oris, & loquelæ quæ contrahuntur, A

Nutrice, aut pædotribis, præceptoribúſque balbis,

Vel à conuictu, colloquiis, conſuetudine cum deprauatè loquentibus,

Vel a gente & natione, emendari poſſunt exercitatione.

Ad Balbos Blæſos offenſantes lingua. Hæſitantes.

Imò aduerſus omne vitium linguæ, deprauatęque prolationis vocum, & ſermonis, conferet exerceri verſibus & vocabulis confragoſis, cuiuſmodi ſunt artoxerxes ἰσχνοφωνία, crabrones, ἀλεξιφάρμακον, inexercitatus.

Denique

Denique Balbi & Blęſi, relegentur ad exemplum Demoſthenis, qui triplex vitium naturę, diligentia expugnauit. Hic enim tophis & lapillis ſub linguã impoſitis, dictionem & pronuntiationem exercebat.

Proponatur illis dictum illud memorabile, *μελέτη πάντα δύναται*. &, Labor omnia vincit Improbus.

Μογιλάλοις, a metu & timore, calor & ſpiritus in cor & interiora feruntur. Quamobrem, priuſquam dicere incipiant, valebit crebro mouere, verſare, fricaréque labia, vt ad os & inſtrumenta vocis & ſermonis, calor & ſpiritus reuocentur, & ita expeditius loquatur.

Sunt inter balbos & blæſos, qui locuturi, tardè & ægrè in ſermonem prorumpunt: vbi verò loqui coeperint, liberè, ſine obſtaculo, & feſtinanter pronuntiant, calore ſcilicet & ſpiritu ad linguam, & partes orationi ſeruientes reuocato.

Si à ſiccitate & ariditate locutio & pronunciatio impediatur ac deprauetur continenda ſunt ore, quæ humectant, vt prunum, ceraſum cõditum, fruſtũ pomi crudi ſubacidi, aut mali citrei, aut quidpiam quod ſaliuam ad os euocet, oſque ſaliuoſum efficiat.

Si labia craſſiora, duriora, & oris rictus anguſtior pronuntiationi officiat, labia ſæpe mouenda, verſanda, intro retrahẽda: in ore aliquid continendum, quod craſſitiem attenuet, læuiget, tergeat, incidat, vt caryophyllum, fruſtum corticis citri, mali medici, cinnamomi, piperis.

Si lingua & os ſint humidiora, & aſſidua defluxione pronuntiationẽ impediant, roboranda & ſiccanda remedijs mox dicendis in ptyaliſmo.

De ptyaliſmo, & aßidua expuitione, nimiaque ſaliuatione.

SAliua, græcis σιαλὸς καὶ σιαλὸν, καὶ σιαλὶς, vnde σιαλίζω ſaliuam deglutio, σιαλόχος homo qui ſæpe ſpuit, & ἀδένες σιαλόχοι glandulæ ſaliuatrices ad radicem linguæ poſitæ. Saliua naturalis, eſt humor, qui ex naturæ inſtituto a tonſillis & glandulis σιαλόχοις aſsiduè producitur & emergit: vt eius moderata quantitate & qualitate, lingua, fauces, larynx, & vniuerſa oris amplitudo, humectetur, eiuſque perfuſione ciborum confractio, mollitio, commiſtio, cõfectio, & ceu prima quædam in ore concoctio, aut verius rudimentum quoddam & inchoatio concoctionis ventriculi, adornetur præpareturque. Iuuat etiam plurimum ad ſermonis articulos, & pronuntiationis explanationem, expeditamque dicendi facultatem. Sunt, qui exiſtiment hanc ſaliuam, aut ſaliuæ materiam, aceruari in ore, partim ex vaporibus ſurſum a viſceribus miſsis, partim a feroſo

& pi-

& pituitóſo excremenro ſenſim à ventriculis cerebri in os defluente, vel etiã vi propria & peculiari glãdularum linguæ adiacentium. Nam hæ velut ſpongiæ quædam multam humiditatẽ vndique ebibunt & colligunt: quam poſtea linguæ & partibus oris impertiuntur, ne celeriter exaceſcant, vnde febre ardenti vrgente, vaſa parte aquea & ſeroſa deplentur, & σιαλόχοι ſaliuatriceſque glandulæ exiccantur, oriſque partes omnes in humoris inopiã incurrũt.

πτύελον πτύαλον, πτύσμα, communi nomine pro omni ſputo, Hippocr. dicuntur.

Illud hoc loco notandum πτύαλον, ἢ πτύελον, id eſt Sputum, genus eſſe ad omnia, quæ per os eiiciuntur, vomitu excepto, id eſt. Ad Expuitionẽ ſimplicem, quæ ex ore ſine tuſſi, ſine conatu & ſono fit, & ad

Screationem vel Screatum, qui fit cum tuſſi & ſono à faucibus & ad

Expectorationẽ, quæ eſt ab arteræ bronchiis, thorace & pulmone, cũ magna vi & ſonora exufflatione, ciectio.

Expui-

Expuitiones,quæ frequentiores, & ſine tuſſi; ἀποπτύσματα & πτυελισμοὺς Hippocrates vocare ſolet,cum ſcilicet ab humidiore cerebro, vel laxiore ventriculo,liquidior tenuiſque pituita in os redundat:vnde multa ſaliuatio. Quod contingere ſolet bibulis & pitiſſatoribus,& qui pomis, fructibus crudis, victuque humidiore vtuntur, & aquæ potoribus. Item iis, quibus ventriculi tunica interior humidior eſt natura,vel ab errore victus, aut cerebrum natura vel excrementis plus ſatis humidum. Talibus os perpetuò ſaliuoſum eſt vnde πτυελίζειν καὶ πτυαλίζειν, ferè idem quo σιελίζειν,πολλάκις πτύειν,Spuere frequenter, os ſputo & ſaliua aſſiduè humectum habere, ſed ſine tuſſi, ſine excreatione, Porrò expuimus, ſaliuãque ab ore reiicimus, linguæ extremitate exerta iaculante ſaliuam extra os: vel ſummis labiis contractis,preſſiſque expellentibus, adiuuante tamen linguæ mucro-

mucronata extremitate. Buccę, labia, & muſculi linguę, pręſertim nonus cõcurrunt ad expuitionem ſimplicem, ſine ſcreatu.

At ſcreatus, ſcreatio, & excreatio, illa eſt, quæ fit cũ tuſsi, & conatu perſtrẽpẽte, dum nitimur expurgare viſcidam pituitam, quę pertinacius hęret faucibus, pariſthimiis, partibus oris & gutturis. huiuſmodi ſputi ſcreationẽ ſtrepentẽ Arabes medici raſcationẽ Gręci χρέμψιν, ἀποχρέμψιν, καὶ ἀναχρέμψιν vocãt Porrò craſſam illã & viſcidã pituitã trahimus nonnunquã a vẽtriculis & meatibus cerebri decliuibus, qui per infundibulũ & glandulã ducũt excrementa, ad nariũ amplitudinẽ & ſuperiora palati, & fauces: attrahiturque lenta illa & viſcida pituita inhęrẽs faucibus & meatui, qui fertur a columella ſupra palatum ad nares, ope plurium muſculorum, qui ſunt in regione faucium, vt cõmunium laryngis, membranæ muſculoſæ veſtiẽtis partes oris, pręſertim eius

quę attollit columellam:educimuſque tractim, frequēti conatu perſtrepero. Et ſanè pleróſque videas qui mane ieiuni quotidie expurgant vētriculos cerebri & meatus omnes,qui ferūtur ad palatum & fauces longa ἀναχρέμψει ſcreationéque. *Expectoratio.* Eductio materię,à locis thoracis profundioribus etiā cū tuſſi,conatu & ſcreatu , nec ſolū cū expiratione,ſed etiā exufflatione & efflatione violēta & ſonora per muſculos intercoſtales,ἐςὶ κάθαρσις διὰ φάρυγγος Τραχείας ἀρτηριάς,καὶ πνεύμονος. Nā ab aſpera arteria,pulmonum cauernulis,& ſubſtātia,nihil ſine tuſſi & ſcreatione ſeduci,extūdique poteſt. Morborū autē thoracis & pulmonis coctionē, cruditatem,proprietatēque πτύελα,& ſputa, quę expectorātur,oſtēdūt. Cæterū de cauſis collectionis excremētorū in thorace & pulmone, & de thoracicis & pulmonicis remediis dicetur ſuo loco in morbis pulmonū.Nunc cauſas ptyaliſmi perſequor.

Expectoratio,

Cauſæ ptyaliſmi.

Cauſæ ptyaliſmi, & nimiæ ſputationis,ſunt multæ, nam plerunque huius ſaliuæ excremẽtitiæ & immodicæ cauſa referenda eſt ad glandularum ſaliuatricum facultatem retentricem imbecilliorem, vel ad expultricis irritationẽ ab humore ſaliuali,acriori,ſalſo,aut quãtitate aut qualitate moleſto. Interim defluit humor excrementitius a cerebro, cum alimentum proprium nõ bene coquit, alterat, commutat in ſecundas humiditates, vnde copia crudioris & ſeroſæ pituitæ in os defluentis. Sæpe ptyaliſmus originem ducit ab ore ventriculi, cum imbecillum & languidum eſt nimioque humore excrementitio exundat & madet, fluctuatque. Nam interior ventriculi tunica, gulæ, faucibus,& omnibus oris partibus inducitur eſtque cõtinua. Illa igitur humoris ex-

crementitij

crementitij copia,preſſa,vellicata, moleſtata, ſeſe contrahit: & quod tenue, ſeroſius,liquiduiſque eſt, in os exprimitur. Qui motus tametſi ſurſum præter naturam fiat,tantum vomitionis appellatione non poteſt cenſeri: quod nón fiat manifeſto conatu ventriculi. Imò ſenſim & ſine conatu ventriculus rei noxiæ iniuria vellicatus ac laceſſitus,ſurſum per ós reiectat.

Melancholici ſputum frequẽs & copioſum reiectant. Coctiones enim in illis malæ obeuntur ac perficiuntur.vnde excrementorum prouentus: & hinc ptyaliſmus. *Melancholici ſputatores.*

Qui victu humidiori & copioſiori vtuntur, & bibuli, pitiſſatores, hydrópotæ laborant ptyaliſmo.

A vitioſa conſuetudine fit nonnumquàm ptyaliſmus. Sunt enim quidam aſſiduè & indecorè ſputántes, qui etiã ſine ſaliuæ, aut ſputi, aut pauciſſimi eductione, πτυαλίζουσι, ob deprauatam conſuetudinem.

Si partes oris, vt gingiuæ, tonſillæ, columella doleant, vlcerentur, fluxiones in os attrahunt, & promptius recipiunt:vnde ptyaliſmus.

Si columella laxior in fauces propẽdeat,aut vlceretur, concitat ptyaliſmũ.

Si corpus illinatur vnguento recipiente hydrargyrum, ſua tenuitate & euaporatione fluxiones in os cõcitabit, vnde aphthæ & ſaliuatio.

Ptyaliſmus etiam præcedere ſolet ac pręnũtiare vomitionem. nam aquoſior redũdanſque pituita per os ſenſim emergit & reiicitur ijs, qui vomituriũt, ob linguę, & partium oris cum ventriculo conſenſum, per membranam cõmunem. Eadem ratione ijs, qui ſumpſerunt medicamentum, ptyaliſmus & ſaliuatio erumpere ſolet: & ſaliua copioſior in os exurgit, pręſertim cum os ventriculi humore excrementitio, & aquoſo ſcalet, & medicamentum ſua natura nauſeabundum fuerit, quale eſt

agaricum, ſyrupus roſarum ſolutiuus, radix aſari.

In ptyaliſmo, multa interim pituita tenuis & aquoſa per os reiicitur: vt in bibacibus, pitiſſatoribus, & in iis, qui fuerunt delibuti vnguento argenti viui. Interim nihil ferè reiectatur aut educitur in ptyaliſmo. ſed ſputatio fit frequens, tamen ſine ſputi aut pauciſſimi eductione. Quod ſymptoma ſi ægris contingat, & morbo graui laborantibus, mentem iudiciumque lædi & affici ſignificatur, vt fit ſæpe in mania & phrenitide: ſi verò ſanis, id ferè eſt à mala conſuetudine à teneris inducta, vt ſupra monuimus.

Curatio ptyaliſmi.

A Varietate cauſarum ptyaliſmi, ſumendæ ſunt eius differentiæ & curationis diſcrimina. Quibus ignoratis, non eſt facilè aſſequi rationem ſiſtendi

aut ſupprimendi ptyaliſmi. Nam

Si à cerebri frigida humidaq́ intemperie fiat ptyaliſmus, à corporis vniuerſali purgatione, caput ſiccandum, calfaciẽdũ topicis remediis, & ratione victus, quæ omnia abunde ſunt à nobis ſupra deſcripta. Illuc recurrendũ. Si à ventriculo humidiori, ac imbecillo, frigidiori: vtendũ victu calfaciẽte ſiccãte. Vitãda iuſcula, acetaria, fructus præſertim crudi, difficilia coctu, legumina. Bibendũ parcius, ſed meracius. Roborãda facultas cõcoctrix & retentrix, dioſpolitico Gal. ex 4. ſanit. tuẽd. Et electario aromat. roſat. in clauſula cœnæ aut prandij. Item El. diatrion piperecon. Imò piper ſolum integrum, vel modicè cõfra-
Gal.4.ſ.t. ctum, ſumi poteſt ante & poſt cibum. hoc enim flatus diſſoluit, & coctionem iuuat. Vtatur per interualla pilulis de hiera, & de aromatibus.

Rec. aniſi conditi vnc. ſ. pul. aromat. roſat.

roſat. drach. ſ. cinnamo. galangæ ana. vnc. ſ. corti. citri. ſicci. ſcrup. ij. pip. ſcru. j. ſacchari albi, vnc. iij. f. pul. qui ſumatur è cochleari antè & poſt cibum.

Vide accuratè ea quæ infra ſcribentur, πεπτικὰ, ϛομαχικὰ coctionem iuuātia, robur ventriculi firmantia.

Si ptyaliſmus fiat ab vuæ laxatione, ea in locum & ſtatum reducta, ptyaliſmi erit medela. Supra tradidimus rationem columellæ repellendæ.

Si ab vlcere, aut aphthis, oriatur ptyaliſmus, repete remedia ſupra dicta in aphthis. Similiter ſi ab vlcere partium oris, & ab illitu vnguenti Neapolitani, illinc quoque remedia petenda.

Si à victu frigidiori, humidiori, vt à nimio potu in bibulis & pitiſſatoribus, fructuum nimio vſu, victu contrario vtendum. Nam contrariorum contraria ſunt remedio.

De deſtillatione in laryngem & aſperam arteriam.

DEſtillatio fit ſæpe in laryngis muſculos aperientes vel claudẽtes lingulam : vnde anginarum variæ ſpecies, & Reſpiratio difficilis, vocis læſiones. Sæpiſſime verò fit defluxio in membranam internam ipſius laryngis, hinc membranæ eroſio, abraſio, vlcus, tuſſis, reſpiratio difficilis, & vocis læſiones variæ. Ac de anginæ curatione, dictũ ſupra, cum agerem de ratione curandi inflammationem partium oris, & faucium. Nunc cõſtitui agere de deſtillatione in membranam internam laringis, & de cauſis raucitatis, aliorumque læſæ vocis ſymptomatum: prius tamen quædam commemorabo de voce, de partium vocalium natura, differentijſque vocum tum naturalium, tum contra naturam. Vox, φωνὴ, eſt ſonus naturæ animatæ, id eſt animalium tantum nec tamen

Hic multa de vocis læſionibus ad vocis ſtudioſos.

φῶς τοῦ νοῦ

men omnium. Nam tibiarum & fiſtularũ ſonus vox nõ eſt, niſi καταχρηϛικῶς & quadam ſimilitudine. Et apes edunt murmur non vocem. Cicada ſuũ quẽdam ſonum, non vocem: ſerpentes lõgum ſibilum, & auiculæ ſuos tinulos & modulos, non voces ſonant. Sunt tamen aues quædam dociles & vocales quæ longa audiendi conſuetudine edoctæ, voces hominum ſonare æmulẽtur. Vel vox, eſt aër inſpiratus & mox à pulmonibus expiratus efflatuſque, & ad laryngem ac palatum deſtinato alliſus & repercuſſus. vnde tuſſis, ſibilus, ſternutatio & id genus ſoni, quãquam iiſdem fiant partibus, quibus vox, tamẽ à vocis definitione abiunguntur: quod in his aër emiſſus à pulmone non allidatur laryngi deſtinato & certo cõſilio

eſt nobiliſſima functio voluntaria ex motu cogitatiõis & deliberationis procedens.

In voce ſpiritum aduocamus & promimus anhelitu reciproco.

Partes vocales & voci inſeruientes.

Propria & proxima inſtrumenta vocalia ſũt arteria aſpera, larynx.

LArynx, λάρυγξ, præcipuum vocis organum, tribus conſtat cartilagi-

& pharynx Galen. 7. κ.7. nibus mutuo ſibi copulatis, vt aptè claudatur, aperiatúrque. Caput eſt aſperæ arteriæ.

Aſpera arteria vocis materiam, id eſt efflationem, laryngi præparat. Hæc à capite laryngis vſque ad vltimos fines pulmonum, in ramos diſtributa eſt, & bronchia fibraſque inanes & vacuas, vt aërem & ſpiritum reciperent.

Muſculi laryngem & eius cartilagines mouentes ſunt duodecim proprij: quorum octo arctant, cōmittunt, claudúntque dictas cartilagines: quatuor verò reſerunt & aperiunt. Nam plus roborat & virium requiritur ad claudendas cartilagines, quàm aperiendas, cum hæ ſua ſponte pateant ac dehiſcant.

Muſculi laryngis communes, non ſolum cartilagines tres mouēt, ſed etiam totum ſpiritalem meatum amplificant, aut comprimunt. Et larynx aliis motibus, per muſculos proprios, aliis per

per communes mouetur. Sed & proprij a cartilaginibus laryngis. Communes verò ab aliis ſedibus enaſcuntur, vt pote a ſede oſſis hyoidis, a regione interiori oſſis pectoris, & a parte poſteriori gulæ. His læſis, vox etiam læditur.

Φάρυγξ, vox eſt vaga & anceps. Sæpe enim pro larynge: aliquando pro faucibus, quæ locantur ante laryngen, vt mox videbis, eſt quando vſurpatur pro ductu vniuerſo aſperæ arteriæ & bronchiorum in pulmone. Ariſtoteles etiam pro collo & gula cum de Philoxeno ait ηὔξατο τὸν φάρυγγα αὐτῷ μακρότερον γεράνου γένεσθαι, interpretes Hippocratis ferè ſemper φάρυγγα vertunt fauces.

Fauces deſignant ſpatium illud cauum, bifidum vbi gulæ & aſperæ arteriæ extrema in ore concurrunt. Galenus vocat ſæpe εὐρυχωρίαν ἐν ᾗ τὰ δύο στόματά ἐστι τοῦ τε στομάχου καὶ *Fauces.* *In prognoſt.*

τῆς λάρυγγος. Ore enim aperto, & lingua compreſſa, in oris amplitudine apparẽt gemina oſtiola gulæ & laryngis, quæ fauces dicuntur.

Guttur, vox eſt etiam vaga, & *πολύσημος, καὶ βρόγχος* Græcis dicitur, vſurpatur interim pro ea parte colli, quæ eſt à faucibus ad iugulum, ſiue ea ſit interior, ſiue exterior. Sæpe etiam pro parte exteriori tantum pharyngis. vnde *βρογχοκήλη*, id eſt tumor & ramex gutturis. Inuenio etiam guttur pro faucibus, & pro larynge.

Nerui recurrentes à ſexta coniugatione orti, & alia germina neruulorum a ſeptima coniugatione, in muſculos laryngis diſtributa. Vnde ſæpe nerui in vulneribus colli aut laryngis, inciſi per tranſuerſum, aut dum in aëre glaciali frigidioríque vlcera laryngis curantur: vel ſi per imperitiam, imprudentiamque chirurgus ſtrumas curare ſtudens, neruos recurrentes euellit, homo fit

ἄφωνος,

ἄφωνος,mutus,vel ſemiuocalis:

Lingula rima & rimula laryngis, quæ γλωττὶς Græcis dicitur,ſciſſura eſt in media laryngis amplitudine, cōſtās ex duobus proceſſibus membranæ internæ laryngis, læuis & modicè pinguis. Porrò ſic dicta eſt a ſimilitudine lingularum inſtrumentorum muſicorum,quæ ex arundinum laminis inuicē compactis,tibiis accommodātur.Hæc laryngis lingula quoniam ſæpe conniuet ac committitūr, eius tunica vtrinque ad latera,dura calloſáque efficitur. Vocem autem nunc grauem,nūc acutum exilemque edimus, prout rimam hanc laxamus & deducimus,vel arctanus.Hæc illa eſt,quæ tibiarum coniunctis arundinum fruſtulis, in lingulāque aptatis, proportione reſpondet, quas labiis inflantes amplectimur.Congruit etiam vſu,quamuis non forma,cornuū & tibiarum orificiis, quæ ori inflantes accommodamus.quin & fiſtularū foramini,

Lingulæ fiſtularū, & tibiarum, cum lingula laryngis proportio.

mini, quas traſuerſin ori admouemus, hæc rima comparatur.

Epiglotis, ἐπιγλωττίς, laryngis eſt operculum, eius meatui ſuperpoſitum. Cuius ſubſtātia, cartilago eſt membranoſa, hæc attollitur perpetuò cum homo reſpirat: rurſum cum homo quiduis deglutit, deprimitur, ac laryngis orificio accumbit, ne in aſperam arteriā & pulmones aliquid decidat & deerret. Collabitur autem & decidit ſuper meatum laryngis, pondere cibi & potus, vt videtur velle. Gal. 7. de vſu partium adiuuantibus tamen duobus muſculis, qui enaſcuntur a regione pariſthmiorum iuxta gargareonen. Eleuatur autē à duobus muſculis qui enaſcuntur, à radice oſſis hyoidis, vt anatome docet. Sunt, qui falſo hoc proprium ac præcipuum vocis organum exiſtimēt, quum tamen nihil, aut minimum ad vocem faciat, niſi forte ad aliquam modulationem. Quod ex diſſectione facile intelligas,

Nam deprimitur ſpōte noſtro arbitratu etiā ſine cibo & pote.

Glottidē, eum epiglotide cōfundunt.

cum laryngis muſculi, glottidi & rimæ illi dilatandæ, arctandæue, omnes ſubſeruiant: epiglottis autem nullis moueatur, quàm ijs, quos ab oſſe hyoide in id operculum inſeri αὐτοψία doceat.

Palatum, ὑπερῴα, pars eſt oris ſuperior, in fornicis aut cameræ modum cõcaua, ſirmata in oſſe ſphenoide, à faucibus ad dentes vſque producta, & craſſa membrana æqualiter obducta. Palatum obiectum eſt laryngi tanquã tintinabulum quoddam: ſine quo vox neque canora neque ſuauis eſſe poſſit, vt quotidiè experimur in his, qui laborant lue venerea: in quibus ſæpe palatum, aphthis malignis aut vlcere vel abſceſſu moleſtatur. Nam aër in pulmones inſpiratus, mox ad laryngẽ expirando cum ſtrepitu efflatus, tandem palato alliditur, cuius repercuſſu vox fit reſonans & canora, vt echo in locis concameratis fit ſonantior.

Palatum laryngis ceu tintinabulum.

Gargare-

Si gargareon exedaturà lue venerea. vox infuſcatur.

Gargareon, præter alios vſus, eſt etiam vocis plectrum & tanquam modulator, eo argumento, quòd quibus a morbo gallico huius partis hoſte infeſtiſſimo, eſt exeſus aut vlceratus, iis vox turpiter læditur.

Membrana interior ſublinẽs & ſuccingens laryngis cartilagines & totam aſperam arteriam, quantum faciat ad vocis perfectionẽ & ſuauitatem, hinc facilè intelligas, quòd ex ea vocum differentiæ & diſcrimina petãtur, vt mox videbis.

Facultas animalis φωνητικὴ, ſpiritu animali comitata, mittitur ad vocalia organa. Quòd ſi cerebrum vehementer lædatur, aut ſpiritus cum facultate, ad inſtrumenta vocis non feratur, via ſcilicet intercepta, homo fit ἄφωνος.

Gradatio functionũ ordine ſe inuicem comitantium in voce.

Ex his vocalibus, locis, partibus, inſtrumentis, alia ſunt antecedentia & prima, vt cerebrum, facultas animalis nerui recurrentes. Præcipua verò & proxima

proxima ſunt larynx & eius lingula. Materia vocis proxima eſt efflatio vel exufflatio. Materia remota, expiratio, quæ etiam fieri poteſt, quieſcentibus intercoſtalibus muſculis, ſcilicet à ſolo ſepto tranſuerſo ſine ſtrepitu & ſono. Via vocis & iter aſpera eſt arteria cum larynge. Hæc autem omnia ordine ſe conſequuntur, vnde prioribus vitiatis & læſis, poſteriora neceſſario lædũtur, non cõtra, poſterioribus offenſis, priora neceſſario afficiuntur.

Vocum differentiæ vnde ſumantur.

VOcum diſcrimina ſumuntur, à laryngis & aſperæ arteriæ temperamento. Nam ſi moderatum temperatúmque fuerit, vox fit ſuauis, dulcis, amœna, blanda, placida, auditu gratiſsima, & iucundiſsima. *Vocum diſcrimina.*

A temperamento paulò ſicciori.

Vox

Vox fit canora, clara, reſonans, clariſona etiam dicitur Claudiano.

A temperamento multò ſicciori,

VOx fit tinniens, tinnula, ſtridula, clangoſa, qualis gruum.

A temperamento humidiori à natura,

Rauca, fit à defluxione fuſca & obſcura, à tẽperamento.

VOx fit fuſca, infuſcata, obſcura, cõfuſa. Quod ſi larynx, aut, arteriæ mẽbrana ſit humidior à defluxu excremẽtorum, vox fit non ſolum obſcura, ſed etiam raùca, rauceſcens, & βραγχώδης φωνὴ.

A temperamento calidiori,

Calor dilatat.

FIt larynx & arteria aſpera, ampla: vnde vox grauis.

A temperamento frigidiori,

Fit

Fit larynx & arteria anguſtior: vnde vox acuta & exilis. *Frigus aretat.*

Vocum differentiæ ab arteriæ amplitudine & anguſtia.

AMpla & lata arteria, vocẽ facit grauem. Tamen ex ſententia Ariſtotelis tria requiruntur ad vocẽ natura grauem, arteriæ aſperæ amplitudo, aeris emisſi copia, delationis aeris tarditas. copia enim facit, ne cito exeat. Sciendum tamen vocem grauem, aliam eſſe à naturali arteriæ amplitudine, aliam à volũtaria laryngis & lingulæ dilatatione. Nam pro noſtro arbitratu, latius aperimus & diducimus laryngis cartilagines, & vocem modo grauem, modo acutam efficimus. *βαρυφωνία. Ad vocem grauẽ tria requiri. Vox grauis ſi bifariũ.*

Vox acuta fit ab arteria anguſta & arcta. Ariſtoteli tamen requirũtur tria ad ὀξυφωνίαν, arteriæ aſperæ anguſtia, *ad ὀξυ φωνίαν tria requiri*

æris emiſ-

aëris emiſsi paucitas,& delationis aëris per arteriam velocitas. Vnde pueri, mulieres, ſpadones, eunuchi, vocem acutã edunt ob arteriæ anguſtiam. Senes etiam,& ęgri, acutum ſonant, quia parũ aëris mouẽt ob imbecillitatem:& quia paucus aër emittitur, acutè ſonat. Hęc eſt ratiocinatio Ariſtotelis de natura vocis grauis & acutæ. Vnde quo quis infirmior, inualidior, frigidior, magis acutum ſonat, quia parum aëris mouet. *In problemat.* Valdè exercitati etiam acutum ſonant, ſed alia ratione, quia efflant vehementius, vnde aër à pulmone velocius expiratur. Quod autem velox in delatione & motu per arteriam, acutum in voce.

Vocum diſcrimina ab aëris emiſsi vehementia,& remiſsione.

μεγαλοφωνία. SI à pulmonibus aër per arteriam & laryngem validè & copioſè expiratur: vox fiet

Magna,

Magna, grandis, valida, vehemens, ampla, plenior, ſonantior, Stentorea, robuſta. Sed quæritur, an vox magna & valida, poſſit eſſe grauis. Videtur non poſſe: quia in magna aër velociter mouetur, nam validè impellitur: ſic nunquàm grauis, vt potè in qua aër tardè effertur. Nec etiam poteſt eſſe acuta, quia in magna, aër magna copia ἀϑρόως impellitur, in acuta verò paucus aër expiratur quia via eſt anguſta. Sic magna nec grauis erit, nec acuta. Quæſtio.

Magna itaque & grauis differunt. quia hæc ſine magno, illa cum valido aëris fit impulſu. Conueniunt verò aëris impulſi copia.

Vox parua, remiſſa, cum per arteriā aër paucus, remiſſè, exiliter emittitur. Vox parua & acuta conueniunt æëris emiſſi exiguitate, ſed in hoc differunt, quòd in acuta aër validè poteſt expirari, in parua ſemper remiſſè.

Ad vocem paruam referuntur.

vox exilis,infirma, exigua, refracta, puſilla,caſſa, tacita,cõpreſſa, ſummiſſa, defecta, demiſſa,inflexa.

Vocum differentiæ,à conformatione tunicæ ſuccingentis laryngem & cartilagines arteriæ.

SI membrana interna ſuccingens & ſublinens laryngis cartilagines fuerit læuis,humoréque ſuppingui moderatè oblita, & tanquàm ſuperficie polita,æquabilis & lęuigata,vox erit dulcis, lenis,liquida,limpida,blãda,ſuauis; pura,iucunda.Nã aër & ſpiritus ſine impedimẽto ad laryngem vſque,vbi vox colliſa formatur; æquabiliter permeat. Sin tunica hæc fuerit inæqualis, aſpera, ſalebroſa, natura vel ex accidenti; vt Rheumatiſmo, excrementis, pituita craſſa,pure: vox erit inæqualis,exaſperata,interrupta, interciſa. Nam quum

aer

aër efflatus à pulmone , in arteriæ partes inæquales impingit , ſonum facit exaſperatum , diſſonum , ſtridulum : vt fit in ſono , qui à lima inæquali , & ferro eliditur . huiuſmodi ſonus & vox emittitur à gallinaceis pubeſcentibus.

Ex hac tunicæ æqualitate & inæqualitate , alia etiam vocum differentia ſequitur, nempe , vocum alia eſt mollis, & flexibilis , alia durior & rigida, abſona, quippe ex arteria molli, & læuigata, vox exiſtit ductilis, fluida, liquida, & ad omnes motus flexibilis . quod enim molle eſt & lentum , varium fieri poteſt, modo paruum , modo magnum: nunc graue, nunc acutum. Contra, arteria durior & tanquam rigida , non facilè cedit ac flectitur, nec ad vocum varietates eſt obſequioſa.

Hactenus generales & ſummas vocum differentias recenſuimus.

N ij

at ſi propius indiuiduorum & ſingulorum ἰδιοσυγκρασίας velis,totidem ferè voces diſſimiles inuenias, quot in rerum natura ſunt mortales. Nam ſua cuique vox, ſicut facies.Porro vox homini data eſt propter ſermonẽ & pronunciationem ad mentis conceptus exprimẽdos:&vt vnuſquiſque cãtu & modulatione ſeipſum ſolaretur, laborumque onus facilius tranſmitteret.Nec ad delicias tãtum,& aurium pruritus, vox eſt homini data,ſed etiam ad animę pathemata ſedanda, harmoniamque iuuandam.Admirandum autem illud naturæ καὶ τοῦ δημιουργοῦ, in laryngis & lingulæ compoſitione,artificium, ars hominum eſt imitata.Similes enim ſonos, graues, moderatos, & acutos in muſicis inſtrumentis ars reperit. Et quòd naturæ ſunt pulmones, id arti ſunt folles.Quod naturæ & homini ſunt larynx glottis, & lingula, id arti ſunt lingulæ tibiarum & fiſtularum, quas ori admouemus.

uemus. Hinc Muſicæ inuentio, & eius ſtudiũ: quod plurimo in honore olim eſt habitum. Illud etiam, tanquàm parergon, addam, Muſicam exerceri aut voce aſſa, id eſt ore humano prolata, ſine inſtrumento muſico, aut neruorum chordarumque tactũ contemperato. Et ea quæ neruis intendũtur, κρουόμενα, ἔνχορδα, ἔντατα, πρόσωδα dicuntur. *Varro apud Nonium.*

Aut à ſpiritu & flatu ſoni ſuaues & harmoniæ parantur, vt in tibijs, & fiſtulis. Et huiuſmodi inſtrumenta πνευματικὰ, καὶ ἔμπνευστα appellantur.

Vel aquæ ratione, modulatio, & ſoni amœni audiuntur, vnde ὑδραυλικὰ organa quibus Nero mirificè delectabatur.

Muſicam ignorare ac neſcire olim turpiſſimũ erat. hanc enim nõ modo adoleſcentes & iuuenes, ſed & pueri diſcebant, vt labores aſſiduos vitęque duriciem, & aſperitatem, moreſque auſteriores hac, quáſi condimento &

dulcedine lenirent & temperarent.

Vocis læſæ remedia.

PRiuſquàm rectè voci læſæ remedia ſtatuantur, multa ſunt conſideranda. Primum, quis locus & ſedes affecta mali occaſionem attulit, & an remediis ſit locus vllus. Videndum etiam, An

Vox ſit, Abolita, & omnino adēpta,
Imbecillior & diminuta,
Deprauata, vt rauca, βραγχώδης φωνὴ.

Si vox eſt omnino abolita, & abſciſa, ſymptoma dicitur ἀφωνία, Latinè mutitas & vocis priuatio, vnde ἄφωνος mutus, qui vocem ædere non poteſt. Verum Hippocrates ἀφώνυς ſæpe nominat eos, qui iacent ſine ſenſu & motu, quales ſunt apoplectici, cataleptici, ſuffocatæ ab vtero, vult enim ex vocis graui noxa κατ᾽ ἐξοχὴν reliquarum actionum

ctionum, quæ fiunt κατὰ προαίρεσιν, læſionem ſignificare. Et ſanè experimentis videmus, in graui morbo, vt qui vocem omninò amiſerint, ſenſu & motu etiam deſtituantur, vt plerique moribundi, & qui ob caſum ab alto, aut ictum validum, attoniti fiunt, ἀναίσθητοι. Itaque ἀφωνία varie contingit, ancipitique & vago nomine vſurpatur. Aliquando enim voce abolita, ſunt, qui mouent corpus, ſentiunt, & ſignis quibuſdam ſenſa animi declarant. Aliquando vero cum voce perit ſenſus & motus. Hoc poſterius ſymptoma accidit læſo animali principio cerebroque. Illud vero accidit peculiari vitio partium vocalium, vt neruorum recurrentium, vel muſculorum laryngis. Eſt quando voce integra, homo fit ἄναυδος. Perit ſermo & loquela. Quod indicium eſt reſolutionis vel grauis cuiuſdam affectus inſtrumentorum, quibus articulata vox & ſermo

exprimuntur. Vnde illud obiter dicã, *ἀφωνίαν* differre *ἀπὸ τῆς ἀναυδίας*, vocemque differre à ſermone & loquela. Nã *φωνὴ*, materia eſt *τῆς αὐδῆς*, vt vox, ſermonis: vt exufflatio, vocis: expiratio, efflationis. Prioribus autem abolitis aut vitiatis, neceſſario poſteriora lędun tur, non contra. Voce enim adempta, ſermo perit, præſertim ſermo ſono per ceptibilis, non contra.

Si *ἀφωνία* fiat, cerebro valde oppreſ ſo, refrigerato; ventriculis affatim obſtructis, vt in apoplexia, catalepſi, comitiali morbo, malum aliquando deſperatum, aut ægrè medicabile, pro cauſæ magnitudine.

Si à neruis recurrentibus præciſis, malum ferè immedicabile, aut ſi altera tantum parte ſint affecti, homo ſemiuocalis redditur.

Si à facultate animali, & ſpiritu inter ceptis & non tranſmiſſis ad laryngem, curatur aliquando affectus, ſi cauſa

leuior

leuior fuerit.

Si ab angina & laryngis tumore, fiat aphonia, inflammatione & tumore curatis, vox redibit.

Si à tunica aſperæ arteriç affecta, eroſione, vlcere, craſſa pituita, curari aliquãdo poteſt, vt poſt audies.

Si ab ἐκστάσει & taciturnitate melancholica, fiat ἀφωνία, curata melancholia, mutus loquetur.

De voce diminuta, infirma, tremula,

VOx diminuitur & debilitatur ab iiſdem cauſis, à quibus fit ἀφωνία, ſed mitioribus & leuioribus, vt

Quum facultas animalis φωνητικὴ, mittitur quidem, ſed ægre & diminute mittitur à cerebro, vox fit diminuta, infirmior, tremula, fatiſcens:

Cum muſculi laryngis ægre mouẽtur ob tumorem, aut pituitam inhęrentem laryngi, aut vlcus: aut cum humore len *Pituita fit lenta & viſcida in faucibus & larynge, mora lõga, & loci calididate.*

re lento,craſſo,multo impediti ſunt,aut nimia ſiccitate exucci,vix flecti moue-rique poſſunt, tunc vox læditur variè. Et modo minuitur, modo deprauatur, nunc aboletur, pro ratione & magnitu dine cauſæ, fitq; ſymptoma modo medicabile, nunc deſperatæ curationis.

Si nerui præcisi. Thorace vulnerato vſque ad muſcu los interc[illegible]ales,vulnere præſertim inſigni, & penetrante ad ſpatiū thoracis, aut altera eius parte reſoluta, homo fit ſemiſpirans,aut ſemiuocalis.

Alter neruorū recurrētiū ſi præcida tur,aut ſi in extractione ſtrumarū euellatur,homo fit ἡμίφωνος, ſemiuocalis.

In febribus acutis & καύσῳ, ſiccitas & calor vrens in larynge & arteria,cau ſæ ſunt contractionis, & anguſtiæ in la-rynge,à ſiccitate. Vnde febricitantes, & graui morbo calido laborantes fiūt ὀξυφωνοῦντες vocemque ſonant acutā, tremulam,caſſam,defectam. Hinc obſeruamus vocem,quæ per bonā valetu

A virium infirmitate & inſtrumenti duritie.

dinem

dinem grauis aut magna fuerat, in febre ardenti degenerare in acutam & paruam & reſtitantem.

Et in metu magno, & pauoribus vox fit exilis, tremula, parua, à pauco calore & ſpiritu: qui in metu relinquũt inſtrumenta vocis & ſermonis.

A ſiccitate arteriæ, maiori quàm par ſit, vox primum fit acutior, mox aſperior: dein aucta ſiccitate, fit clangoſa & ſtridula, vt ſupra eſt annoratum. Tandẽ malo increſcente, fit κλαυθμώδης, luctuoſa, intercisa, offẽſans, & ſuſpirioſa.

Ob inæqualitatem mẽbranæ laryngis & arteriæ.

Humor nimius madefaciens vocalia inſtrumenta, præſertim laryngem, & tunicam interiorem laryngis, primũ vocem infuſcat & obſcurat: deinde raucam efficit. Quod ſi humor & excrementa nimium in arteriam deſtillarint, vox raucoſa etiam languet, contremiſcit, vacillat, vt in ebriis & pueris: Tandem malo increſceute. vox aboletur, ac reſoluitur: fitque ἀφωνία.

Tunica laryngis & arteriæ debet eſſe læuis & æquabilis. humore moderato, & ſuppĩgui. nã nimius inæqualitatẽ via facit.

Vox

Vox grauis à natura ſi vi morbi fiat acuta, aut contra ſi acuta à natura, fiat grauis, mali atrocitate, malum. Hippo. in coacis.

Singulis cauſis vocis diminutę pro pria remedia opponenda.

Vt his ſymptomatis vocis diminutę & læſæ ſuccurras, ſtudendum prius tollere cauſas omnes mali, tum internas, tum externas. Et ſingulis ſingula & pro pria remedia opponere.

De voce deprauata, qualis eſt rauca.

VOx fit raucoſa, rauca, raua, βραγχώδης, non ratione ſpiritus & efflationis à pulmonibus, quæ eſt materia vocis, ſed ratione meatus, id eſt arteriæ aſperæ & eius membranæ, Quæ nimis

Cauſa raucitatis.

Refrigeratur, Frigus aduerſatur non ſolum claritati vocis, ſed omni actioni.

Calefit, Calor igneus, à ſiccitate

tate arteriam inęqualē & ſalebroſam facit.

Exaſperatur, A deſtillatione, excrementis, pituita viſcida, pure.

Laſſatur, A nimia contentione, vociferatione, clamore.

Eroditur, A deſtillatione acri, ſalſa.

Vlceratur, Eroſionem ſequitur vlceratio.

Raucedo à ſola intemperie frigidiori ſæpe contingit iis, qui venantur multum vociferantes, Aquilone flante: aut qui vehementi & longa exercitatione calfacti, multum ſudantes, poſito thoracico indumento, ſtatim aëri frigidiori ſe

Aër Aquilonius & glacialis, infuſcat vocem, quia frigus omni actioni aduerſum & quia arteriam inæqualem reddit.

ſe exponunt, aut humi cubantes loco frigidiori dormiunt ſeminudi.

Aer à metallorum fodinis.

Raucedo fit etiam, cum aer inſpiratur fumidus, pulueruletus, fuliginoſus: item cum à locis ſubterraneis, metallorumque fodinis, teter & caliginoſus exhalat, inſpiraturque.

Et cum halitus efflatus ab animali frigidiori, inſpiratur, vt à lupo, vnde illud, *Lupi Mœrim videre priores.*

Halitus lupi.

Quum potus frigidior affatim & magna copia hauritur, vt æſtate aqua puteana, aut fontana, aut vinum niue, vel alia ratione gelatum, aut alia quælibet, actu aut potentia frigidiora, vt lactucæ, portulaca, cucumeres, fructus fugaces, ſi magna copia ſumantur.

Nam ſubito, viſcera calida, fauceſque & arteriam refrigerant.

Quum derepentè, & preter conſuetudinem, ornamenta capitis, pectoris, pedum, mutantur, preſertim calidiora frigidioribus: & cum Auſtrum ſequitur Aquilo.

Verſari diu ſub dio in aere ſerotino,

die

 104

die crepuſculaſcente, capite non benè cooperto.

Remedia raucitatis à ſola intemperie frigida.

IN hac raucitate, oportet corrigere intemperiẽ frigidã laryngis & partiũ vocalium. Id fiet cohibẽdo diu ſpiritũ, continendóque animam & anhelitum, vt calor in organis reſpiratoriis & vocalibus augeatur.

Conferet etiam inſpirare aerem, calidiorem ab igne accenſo ex lignis ſiccis, ſarmentorum vitis, lauri, iuniperi, roſmarini, oleę, quercus.

Similiter iuuabit continere ore piper, zinziber, caryophyllum, galãgam, ſemen aniſi, aut feniculi, edere allium & ſinapi.

Curatio raucedinis à deſtillatione in laryngem & arteriam aſperam.

Si deſtillatio in laryngen & pharyngen ſit acris.

SI Rheumatiſmus in laryngem & pharyngem ſit acris, aut ſalſus, amarus, erodens naſcitur gutturis aſperitas, raucitas, βράγχος, & tuſſis: quæ plerumque eluditur ob tenuitatem humoris. Curabitur autem purgatione conuenienti, vt ſupra eſt dictum in vniuerſali cura. Deinde catarrhus & defluxio, calida, acris, tenuis, ſiſtenda, incraſſanda. Vtendumque arteriacis antidotis, ὑπνωτικοῖς quæ ſomnos concilient. ſomnus enim incraſſat tenues fluxiones, & ſiſtit eaſdem.

Antidoti arteriacæ cur ita nominatæ.

Arteriacæ antidoti ſunt ita nominatæ; quòd iuuent & ſiſtunt deſtillationes ac Rheumatiſmos à cerebro in arteriã aſperam & pharyngem: vnde conferunt, valentque:

Ad βραγχώδεις φώνας,

Raucedines, voces abſciſcas, vitia etiam pulmonum & thoracis, & ad

Tuſſis irritationes, tuſſes recentes, & inueteratas.

Arteriæ

arteriæ aſperæ inæqualitates, aſperitates, ſalebras:

Conferunt omnibus raucoſis, phonaſcis, declamatoribus, & qui vocem exercent dicendo, pronuntiando, canendo, vociferando.

Ad ſiſtendum Rheumatiſmum & deſtillationem calidam, acrem.

REc. ſyrupi de papauere, & violati, ana .vnc.j.ſumat hora ſomni, è cochleari. Si diluas ſyrupos pauca aqua lactucæ, potio erit magis ſoporifera.

Rec. ſe. papaueris albi pulucrati drach. ſ. miſce conſeruæ roſarum & violarum ana drach. iij. fac bolum, qui detur ſub tempus ſomni.

Rec. ſe minis papaueris albi, puluera ti in pollinem vnc. j. ſe. lactucæ drach. iij. conſeruæ violarum, & roſarum ana. vnc. j. ſyrupi de papauere. q. ſ. f. opiata, qua vtatur, ſub horam ſomni.

Rec.ſyrupi de papauer. ſyrupi de iuiub. ana. drac.j.miſce ſumatur hora ſõni è cochleari, vel diluãtur aqua hordei,vel aqua lactucæ.

Pilulæ de cynogloſſa arteriacæ ſũt, detur vna,vel duæ hora ſomni.

Pilulæ Scribonij Largi ſomniferæ. Rec.ſtyracis calamitæ, myrrhæ thuris,opii ana.ſcru.j.croci.g. ij. fiat maſſa cũ ſyrupo de papauere. formẽtur pilulæ ſeptẽ,detur vna ſub horam ſomni,ſi ſomnum non ſatis longum fecerit, dẽtur duæ altera die: nam ſedãt dolorem & ſomnos alliciunt.

Gal.libr.7. κ.τ. Diacodium Galeni ſimplex, Catarrhum tenuem à cerebro in pulmones & inde natam tuſſim & vigilias iuuat. Si autem deſtillatio defluens in laryngem & bronchia ſit acrior mordaciórque, loco mellis miſcenda penidia & ſaccharum. Nam mel fluxiones acriores, calidioreſque irritat. Sin fluxio fuerit copioſa,aquoſa,pituitoſior, mel-

litis

litis vtendum.

Si raucedo ſiat à deſtillatione frigida.

POſt purgationem, vtendum linctu vel loch de pino, electario diaïreos vocato Diacodio Galeni cum melle. Item arteriacis, bechicisque mellitis & ſacharatis, infra dicendis.

Si raucedo ſiat à laſsitudine muſculorum laryngis, & tunicæ ſublinentis cartilagines.

FIt ſæpe raucedo à vehementi clamore, vociferatione, & nimia cõtentione vocis: ſimiliſque contingit affectus muſculis laryngis, qualis manibus, cruribus, & omnibus muſculis à nimio labore accidit laſſitudo modo inflammatoria, modo vlceroſa aut tenſiua

A voce magna ſimul & acuta diu continuata ſit laſsitudo in muſculis laryngis.

hinc tibicines,tubicines,præcones,comœdi, tragœdi, & omnes phonaſci, qui vocem contendendo exercent, ſæpe illam confringunt & raucitatem à laſſitudine muſculorum laryngis incurrunt. Sed vt oleum foris admotũ, corpus à laſſitudine curat & vindicat: ſic cibi ſorbitiones, & medicamenta, morſu carentia, & velut illinentia affe-ctam à laſſitudine arteriam iuuant. Porrò in huiuſmodi raucitatis curatione, vtimur arteriacis trium ordinum & generum.

Tamen phonæſcos ſæpius pro eo ſumitur qui vocis formandæ eſt magiſter.

Arteriaca trium generum.

Arteriaca primi generis.

Arteriaca primæ claſſis ſint dulcia, facultatis mitiſſimæ & ſuaui ſuo lẽtore ceu emplaſticæ, cuiuſmodi ſunt, Sorbitiones dulces & pulticulæ ex hordei cremore,ex alica,chondro, tritico, trago, varijſque frumenti generibus excorticatis, aqua elixatis, addito

Ptiſana Hipp. cremor hordei Frumentacea pulticula. Grualdum.

to lacte aut amygdalogala,& ſaccharo. Ex auena etiã, Gallia, præſertim Armoricæ gentes, pulticulam cum iure carnium parant. Sunt, qui addunt ſaccharum & amygdalarum ſuccum, vnde illi ſaporis gratia.

Ex ſimila etiam (quæ flos eſt, & delitiæ farinę triticæ) ſi iuſculo gallinaceo miſceatur, fiet ſorbitio mitiſſima, & arteriaca. paratur in Narbonenſi prouinçia ſimila, cuius hodie frequens eſt vſus in Gallia. *Semolam vulgus appellat.*

Amylon per ſe ſumptum, & ore cõtentum delinctumque arieriacum eſt Galeno, quod etiam Iuſculo aut ſuaui liquore dilutum arteriam & guttur læuigat. Hoc etiam frequenter alijs βηχικοῖς & arteriacis miſcemus, vt pilulis albis, penidijs, placentulis regijs vocatis, vt paulò poſt videbis. *Amidõ ex frumẽto vocant. Gal. 1. de alim.*

Decoctum prunorum dulcium, vt damaſcenorum, ibericorum, id eſt Damaſcenorum violaceorum, Cyprio- *Taſſa & ſiccaca, toto anno ſeruãtur.*

rum, Angelianorum, ſua grata & ſuaui dulcedine faucium & arteriæ ſcabricias & inęqualitates demulcet, magiſque, ſi ſaccharum addas, læuigabit.

Arteriacum Pauli, & recentiorum Grecorũ & Mauritanorum.

Ziziphorum ſiue ſericorum, & myxorum decoctum, (iuiubas illa, hæc ſebeſtas vocãt officinæ) tuſſibus arteriæ exaſperatæ pulmonibuſque mirificè prodeſſe ſuo lentore ac viſcido ſucco contendunt Græci recẽtiores Arabeſque, qui hodie medicinam faciunt. Galenus tamen κακοςομάχα, ventriculoque aduerſari memorię prodidit.

Mauritani & poſterior medicina, non ſolum voci & arteriæ, ſed & iocinori mirè prodeſſe cõtendũt.

Paſſulæ, vuæ paſſæ in maxima authoritate ſunt, Damaſcenæ præſertim recentes, pingues, pulpa firma, tenui cortice. Poſt has corinthiacæ agigartæ apyrinę, ſi recentes fuerint, ſuauitate certãt cum Damaſcenis. Sunt enim ſapopore dulci & guſtu iucundo, atque ita arteriacæ. Tertium locum obtinent, quæ ex Narbonenſi prouincia per vniuerſam Galliam deferuntur

runtur, acino magno & ſapore dulci. 108

Quæ verò ſunt dulcacidæ, aut ex auſtero dulceſcunt à cenſu arteriacorum abdicandæ, etiam ſi ventriculo & iocinori plus illis conferre crediderim, præſertim bilioſis & picrocholis.

Lac, arteriæ aſperæ ſalebroſæ, eroſæ, pulmonibus vlceratis & tabeſcentibus, amicißimum: & proinde arteriacum omnes medici fatentur, in primis Dioſcorides, Plinius & Galenus. 7. κ.τ.

Ad hos tamen effectus plurimum valent lac humanum, aſininum, & caprillum. Sed etiam ouillum & bubulum thoraci, arteriæ, anheloſis, & pulmonicis ſæpe exhibemus, modo mel aut ſaccharum iis commiſceatur. Nam lac ſeroſius tutò ſumitur. quod paucum habet ſerum, rarò impunè, niſi melle aut ſaccharo, renum calculos, iecinoris aut lienis ἔμφραξιν anteuertas.

Quomodo lacte pinguiori tuto vtaris.

Butyrum βούτυρον Galenus putat fieri ex ſolo lacte bubulo, vnde illi nomen. eſt enim pinguiſſimum. Sed Dioſcorides & experientia ex ouillo & caprillo fieri indicant. Butyrum olim in cenſu opſoniorum, aut ciborum, aut condimentorum nón ponebatur. Et ſanè miror Catonem, Columellam, & veteres illos rei ruſticæ & paſtoriciæ ſcriptores, innuo Galenum, vſum butyri vel neſciſſe, aut non ſcripſiſſe, aut ſpreuiſſe, præſertim in cibis: niſi forte obijcias Dioſcoridem, qui butyrum olei vicem ſupplere, in opſonijs ſcribat, & Plinum qui gentium barbararum cibum eſſe, memoriæ prodidit. Quin & Gallia Narbonẽſis butyrum ferè aſpernatur, propter olei copiã. At poſterior medicina, & nos hodie paſſim, Galli, Germani, populique ſeptentrionales, butyro vtimur magis in cibo & ciborum opſoniis & condimentis. Veteres autem magis in medicina, foris admoto quã per os

An cauſa, fuit olei vbertas?

Aut dies poſterior diſcipulus prioris, & ãnis quotidie proficit.

per os ſumpto vtebantur. Lenit aſperam arteriam, & faucium roſiones & vlcera curat, & laſſitudines muſculorũ laryngis ore contẽtũ & ſenſim liquefactum, delinctũque tollit. Vnde à Galeno in cenſu arteriacorum primi generis reponitur. κ.7. Sed vt ſit iucundũ & efficax arteriacum, abſint à butyro, candor, rancor, & mordax ſalſedo.

Quomodo ſiat iucundum arteriacum.

Oleum ex amygdalis dulciſſimum, membranæ & muſculorum laryngis laſſitudinem inflammatoriam & tenſiuam lenit: & mitigat, aſperitateſque ſua ui lentore læuigans adæquat. Siccitatẽ faucium modicè humectat, duriciem emollit, nempè vt oleum oliuum in ferro, rubiginem. Atque ita raucedinem demulcens erit arteriacum. Sed hoc oleum paulatim & velut lambendo delingatur, ſic vt eius portio in laryngis & pharyngis meatum deerret. mirum eſt inter olea, nullũ vere eſſe (preter hoc) arteriacum, vocique amicum. Sed paretur

Iuuat etiã foris admotũ gutturi.

Cur oleũ oliuũ laſſitudines aliarũ & ex-

ſtræ: vnde ſeplaſię ex hordeo, & glycyrrhiſa, & vuis paſsis ptiſanã raucitati, vitiis arteriæ & pulmonum, ceteriſque thoracis affectibus potionem conuenientem parant. Huius ſuccus linguę ſubditus totus eliqueſcit, valetque *πρὸς τὰς τραχύτητας ἀρτηρίας*, Galen. & Dioſcorid.

Nomen ptiſanæ Hipp. in potum, ex hordeo & radice dulci, tranſtulimus.

Pinei nuclei, purgati & loti aqua hordei vel roſarum, eſculenti ſunt, tamen rarò in cibos veniunt, niſi medicamenti loco. Nam gutturis & faucium aſperitatem ſcabráſque inęqualitates lenit, teſtimonio Galeni ſecundo aliment.libr. & ſeptim. ſimplicium. Et ſeptim. κ.7. vnde facit arteriacos & thoracicos, nam emplaſticę & lenientis ſunt facultatis. Dioſcorides etiam ſcribit corpori robur addere. vnde ſæpe matronæ cauſariis maritis exhibent. Illud obiter dicam cónos & ſtrobilos, *κώνυς καὶ ςροβίλους*

Gal. alia etiam ratione facit thoracicas pityidas, 7. ſimplic.

voces

voces eſſe ambiguas & homonymas. Nam aliquando piceæ aut pini paruum nucleum cum ſuo cortice, aliquando & ſepius nucem ipſam pineam aut piceam forma pyramidis, in conum inclinante, ſignificare: at nux ipſa nucleos multos exiles cōtinet lacunatis thoris.

Conos aliquādo pitida aliquādo nucem ipſam ſignificat.

Gummi etiam, quum abſolutè dicitur, eſt arteriacum Galeno 7. κ.τ. & 7. ſimpl. nam aſperitatibus omnibus medetur, nedū ſcabriciei gutturis, eſtque facultatis emplaſticæ & illinentis. Sed hoc te ſcire velim lector, Gummi vulgare officinarum, quod Arabicū falſo vocant, non eſſe lachrymam, quæ manat ab acacia, ſpinoſa arbore in ægypto naſcente, vt plerique etiam non indocti exiſtimant. cum enim hodie verus acaciæ ſuccus ad nos non importetur, nec gummi ex eadem arbore ad nos deferri eſt veriſimile. Galenus in ſimplicibus & κ.τ. cum gummi abſolutè ſcribit, lachrymam non vnius certæ arboris, ſed cuiuſlibet

cuiuſlibet, præter reſinoſas ferentes gummi. Nam à ceraſo gummi reſudãs, arterias exaſperatas lenit, ſuo lentore morſus experte, βηχικὸν eſt etiam. Dioſco. & Gal. Et gummi pruni terget & lenit aſperitates cutis, & gutturis: vnde lichenas curat.

Gummi tragacanthæ, eſt valde arteriacum & βηχικὸν. nam veteri tuſſi & aſperitatibus arteriæ, desſtillationibusque & extremæ raucedini, quàm φωνῆς ἀποκοπὴν vocant, medetur. Porrò hæc lachryma manat è radice vulnerata, ſed etiam ſponte ſenſim à cortice, in latere deſtillat. vt auctor eſt Theophraſtus. *Theoph.* *Gal.* *Dioſ.* *Tragacãtha cõmune nomen plãtæ, radicis & gummi.*

Hæc primi ordinis arteriaca ἄποια aut dulcia ſunt ferè õnia, facultatiſque emplaſticæ & illinentis, qua ratione laſſitudinem membranæ, & muſculorũ laryngis blandiſsimè tollunt.

Frequens horum fuit vſus

In declamatoribus adoleſcentibus, qui ficto themate, voce nimis cõtẽta,

diutius

diutius ſe exercebant.

Qui olim raucescebāt à laßitudine muſculorum laryngis.

In cauſidicis etiã olim Romæ, quos Martialis ille mordacior raucos vocat, non tamē diſertos, ſed eos qui nimium clamoſi, audientium radebant aures.

In comœdiarum, tragediarúmque actoribus, qui voce grandi & vehementiori recitabant tragœdias, vnde in prouerbium abiit, vox tragœdorum, pro magna & ſonantiori: quam ſequebatur ſæpe βράγχος & raucedo.

Quam etiam experiebantur ſæpe tubicines, tibicines, cornicines, citharoedi, pręcones. Hac verò etiam noſtra ætate, laſsitudinem hanc tunicæ & muſculorum laryngis incurrunt ἐκκλησιασταὶ & concionatores, pueri ſymphoniaci in templis, & alii cantores diu pſallentes. In ſumma omnes qui vocē nimia contentione exercent, confringunt, & exaſperant.

De Arteriacis ſecundi ordinis.

Arteriaca

ARteriaca ſecundi generis, ſiue in cibis,ſiue in medicamentis, leuiſsimè tergent, ſine ſenſu acrimoniæ. His vtendum, vbi laſsitudo membranæ & muſculorum laryngis iam ceſſarit, aut magna ex parte mitigata fuerit ſponte vel vſu arteriacorum primi ordinis. Nam laſsitudine ſublata, remanet tamen humiditas in larynge & arteria, quæ raucitatem fouet, immò etiam ſine laſsitudine prçcedente,quum laryngis & pharyngis membrana, quæ lçuis & polita eſſe debet, fit inæqualis & rugoſa à ſiccitate:vel quod eius ſuperficiei humor aut excremēta craſſa,lēta,viſcida inſideāt, & ibi inæqualiter inhæreant,affigantúrque, hinc raucitatis mille modi,ſæpe etiā tuſſis. Vnde pleroſque videas,cū mane ſurgūt a lecto,voce aſperiori,obtuſa, retuſa irraueſcētes ob arteriā & membranam laryngis imbutam excrementis, quæ noctu deſtillarunt

runt

runt, eamque inæqualem reddiderunt. Nec deſunt mane ptyaliſmus, frequẽſque & ſtrepera ἀνάχρεμψις ſcreatioque qua vocis & reſpirationis inſtrumẽta, ſordibus, & craſſa tenuique pituita repurgentur. Raucitatẽ igitur ortam, ab inæqualitate, ſalebroſaque ſcabricie laryngis & arteriæ, à deſtillatione humorum, vel à qualibet cauſa contracta, curabis his remedijs arteriacis ſecundæ claſſis. Cuiuſmodi ſunt,

Laſſitudine tamẽ mitigata.

Vide eius laudes apud hippoc.

Cremor hordei, ptiſana eſt Hippocratis. Mauritanæ & poſterioris medicinæ eſt hordeum mundatum. Quod ſi ex ſelecto hordeo, curiosè fuerit apparatum, ſuo lentore ſuauiſſimo inequalitatem arteriæ & laryngis illinit, & complanat, excrementa tenacius inhęrentia terget & abluit. Porrò is noſter cremor hordei coloris & ſaporis gratia, longè præſtantius eſt arteriacum & βηχικὸν, quam Hippocratis & Galeni ptiſana propter amygdalas & ſaccharũ.

Ius

Ius vel decoctum piſorum, inæqualitatem & aſperitatem arteriæ terget, ſi matutino antè alias epulas ſumatur, cũ butyro recenti inſulſo, aut oleo amygdalino. Hoc iuſculum vt arteriacũ ſuo temporè ſumptum probo, at piſorum ſubſtantiam nequaquam.

Vide piſorum noxas, in ratione victus ſtudioſorum.

Iuſculum fabarum, matutinis ſimiliter ſumptum cum butyro aut oleo amygd. dulciũ, magis etiã terget quàm piſorum: ſed de iuſculo loquor, non fabarum ſubſtantia, à qua literarum & vocis ſtudioſos temperare iubeo, alioqui huius leguminis noxas vix effugient.

Pythagorę conſiliũ hic ſequẽdum:

Ius & decoctum cicerum rubrorũ, aut etiam magis nigrorum arietinorũque, validius qũàm ſuperiora terget, addito ſemper butyro dulci, nec ſolum vocis gratiam conciliat, & arteriæ ſalebras exterget, ſed etiam coloris in cute elegantiam facit, ex ſententia Mauritanorum.

Amygdalogala, (amygdatũ vocãt)

particula vel ſorbitio eſt colore ſuo albo, & ſapore dulci gratiſsima, mitiſsime tergens gutturis aſperitates, & viſcerum obſtructiones ſine vlla adſtrictione: quare arteriaca. Sed vt ſint benè arteriacæ, recentes eligito, plenas, integras, intus albiſsimas, ſapore delicato. Vitabis eroſas, tortiles, fractu contumaces, ſapore oleagino & rancidulo. Quæ vitia raucitatem & tuſsim magis exaſperant, quàm mitigant, quod etiam cõtingit, nucleis pineis, auellanis & omni generi nucum.

Piſtores dulciarij & culinarũ ingenia amygdalas ad varios condimentorũ vſus adhi[...]t.

Mel, & omnia mellita, arteriacorum ſunt ordinis ſecundi nobiliſsima. Nec mellis gratia minor in cibis & potionibus eſſet, quàm ſacchari: niſi quòd palato, & gulæ moroſiori ſordent, quæ domi naſcuntur, & vltro ſe offerũt, & propterea ganeæ artifices & ἀρχιμάγειροι in menſas non admittunt mellita, aut rariſsimè, etiã ſi Democritus μακροβίους eos fore promittat, qui mellis vſum ſequuntur.

Foris oleo, intus melle, & mulſo vtendum.

Mulſa, ὑδρομέλι, μελίκρατον, aqua mellis aqua mulſa, pituitam, lentam, viſcidam ex faucibus, arteria, & brõchiis pulmonum promptè trahit, & expectorat. Qui vocis formandæ & fouendæ ſunt ſtudioſi, parum hydromelitis aut mulſæ coctæ ieiuni adſumant quotidie, ſenſim deglutiendo. Sumant autẽ egelidam æſtate, hyeme tepidam. Id enim faciet non ſolum ad vocis & reſpirationis vias, ſed etiam ad renum & veſicæ meatus expurgandos. Picrocholis tamen & bilioſis fugienda mulſa. Addam & illud, inflationes & tormina magis excitari à cruda mulſa, quàm cocta, aliterque parari hodie à recentioribus, quàm à Dioſcoride & veteribus.

Mulſa aliter à Dioſcoride, aliter à recentioribus paratur.

De ficubus & caricis, an raucedini & tuſſi conferant, ſintque arteriacæ, inter veteres Græcos, & Arabes poſterioniſque medicinæ ſectatores, non eadem eſt ſentẽtia. Nam Mauritani & qui hodie medicinam faciunt caricas

Pro atticis, Aphricanis, tiburtinis, nos maſſilienſibus, utimur, ſed errore magno cum iis tempore,

ιχθυοφαγιας prādiaclaudamus.

& ficus ſiccas, eaſque modicè aſſatas in omni raucitate curanda præſcribunt, anhelatoribuſque & ſuſpirioſis imperant: quòd ſua mellea ſuauique dulcedine aſperitates arteriæ & pharyngis leniant & detergeant, & decoctũ caricarũ hydromeliti aſſimilat Galenus. 7. ſimplic. Vnde miror cur veteres philoſophi iubeant tam ſolicite, vocis ſtudioſos temperare à ficubus, hegeſianactis tragœdiarum actoris exemplo moti, qui vt vocem magis canoram & & ſuauiorem ſibi cõciliaret, annos 18. à ficubus abſtinuit. Sanè in arteriacis, non memini me legere caricas, apud Galenum.

Saccharũ mellis eſt ſpecies. Galeno & Dioſcor. tamẽ noſtri ſacchari vſum ignorauerunt.

Saccharum βηχικὸν & arteriacũ eſt, iucundiſſimum, gratiſſimumque. Cuius vires & vſus non facilè eſt explicare. Quis enim non miretur hunc exoticum & peregrinum arundinis ſuccũ veteribus medicis (quod ad vſum attinet) incognitum, omnium ſaporum &

qualitatum

qualitatem exuperãtias mollire, & indicibili dulcedine cõtemperare? Nam

Saccharum omnium ſaporum & qualitatũ comitor.

Acria lenit,ac cicurat:

Acida,vel etiam ipſum acetum,mãſuefacit ac debellat:

Salſa mitigat,ſuauiáque reddit.

Acerba & auſteriora frangit domátque:

Α᾽πoίοις & fatuis, ſaporis gratiam conciliat:

Amara, ſuo mitiſſimo ſucco, dulcorat.

Sine ſaccharo piſtores dulciarij, culinarum ingenia,ferculorum inſtructores, ac ganearum artifices hodie nulli eſſent,aut frigerent otioſi.

Seplaſiæ & pharmacopolarum officinæ ſi ſaccharo deſtituantur, ab omnibus ridentur. Vnde iactatur prouerbium, *inops ſacchari pharmacopola*, vtpote cuius ope ſyrupos,zulapia, electaria,& mille medicamentorum, conditorúmque σχήματα & formas concin-

nare debet, vt paulò poſt videbis.

Vinum, fit dulce multis modis. Vina dulcia in claſſe ſecunda arteriacorum, Galenus collocat: vbi mitigata fuerit muſculorum laryngis laſsitudo,

Vina, dulcia fiunt

A ſole, ex vuis ſole æſtuãte percoctis

Hoc γλυκυ & paſſum, frequens, in Aphrica. A longo inſolatu, ex vuis diu in vite pẽdẽtibus, aut à decerptu, diu inſolatis,

A ſolo, vt locis apricis, & collinis æditioribuſque vinetis. Vnde vina Cretẽſia dulcia (maluatica) & nigra Balearica, vulgo, *vins de tincte*, dulciſsimum à ſolo & ſole.

Ab vuæ natura, vt vina Apiana, *vins muſcadets.*

A cura & arte, vt vinum quod vocãt οἶνον ἀΐγλευκη vinum ſemper muſtũ, cũ muſtum preſſum mox à lacu πρότοπον in doliũ trãsfuſum, feruere & defæcari prohibetur, manetq; perpetuò dulce.

Dulce ſactitiũ quale οἰνόσακχαρ, vinũ ſaccharatũ, vulgo *Hippocrat.* Gallis familiare, quod cœnas potẽtũ vice bellariorum cum eſcharite claudit.

calenum, vocabulũ homonymum & anceps.

A coctione,

Defrutum, a deferuendo.

Hæc vina coctione, & ingenio fiũt dulcia & craſſa, non natura.

Sapa, ſuccus, ſed propriè muſtum coctione incraſſatum,

σιραῖον, καὶ σειραῖον, forte à ſole qui etiam σείριος. & hinc σείριος, canicula.

ἕψημα, vinum coctum.

Rob. Robub, Arabũ, eſt ſapa.

Hæc omnia vina cocta, quæ abſolutè ſæpæ & defruta Latinis dicũtur, differunt ſola muſti decoctione longiori aut breuiori. Olim ganeæ proceres hæc defruta in adulterium mellis & ſac

Defrutu & ſapa, cultuarum ingenia, ad inſtinctus etiã hodie vtuntur.

chari vſurpabant,condimentiſque magnam ſaporis gratiam conciliabāt. Hodie rarior horum vſus,tamen ſi quis velit iis vti,oreque continere, & delinctu ſenſim deglutire, ſic vt aliquid in arteriam percoletur, ſentiet efficacia eſſe βηχικά,& arteriæ τραχύτητας, aſperitates lenire.

Mulſum & melitites differunt Dioſcoridi.

Vinum mulſum,οἰνόμελι,

Vinum melitites,mellitum.

Mulſi veterum concoctionē tradit Dioſc. & Palladius.

Quum autem hodie ſit mutata ratio faciendæ medicinæ,& hominū moroſius ſit palatum, mulſi & vini melititis vſus intercidit. nomina tantum audiuntur, malo valetudinis ſenum, reliquorum etiam detrimento, modo vera ſint,quæ Plinius memoriæ prodidit, interrogatum Pollionem Cæſaris hoſpitem centeſinum annum excedentē, quanam ratione vigorem illum animi corporiſque cuſtodiſſet, reſpondiſſe foris oleo,intus mulſo.Galenus hæc vina plurimum commendat in ratione victus ſenum 5.ſanit.t.

Illud obiter dicam, quoniã ad raucitatis curandæ materiam pertinet, Vinorum dulcium, alia eſſe perpetuò & ſyncere dulcia, in quibus ſuauitas mellea & mitiſſima, propria ſucci natura annum vel biennium durat. Et huiuſmodi vina abſolutè dulcia, ſunt Galeno nigra neceſſario ſimul & craſſa: cuiuſmodi ſunt ſcybelites, Theræum, Balearicum (*vins de tincte*).

Virum dulcium aliud dulce abſolutè & perpetuò, Alind dulce ad tempus, Aliud dulce cum acumine.

Alia ſunt etiam abſolutè dulcia, ſed dulcedo eſt fugax ac temporaria, durans quandiu ſunt muſtea & feruentia, eſtque torpeſcens & pigra illa dulcedo nec admodum palatis elegantioribus & moroſis grata.

Alia ſunt dulcia non abſolutè, ſed cum acumine ſuaui, vbi deferbuerunt, & pleraque talia ſunt generoſa Aquitanica, & pleraque id genus alia in Gallia noſtra quotamnis bibũtur, quæ dulcorem ſapore feruido palatum lancinantem aliquot menſes retinent. Hæc

Liquorem cũ acumine vocant.

tria

tria genera vinorum dulcium,ſunt arteriaca thoracica,pulmonicáque, & longo gargarizatu,& oris collutione,pitiſſando,& ſenſim deglutiendo, modicéque bibendo, præſertim finita muſculorum laryngis laſsitudine,raucedinem emendant. Leniunt enim & leuigant vocis meatus, reſpirationiſque ductus molliunt, expediunt, ac ſputum craſſum,lentum humectant,ducunt & euocant. Sic raucitati,& dyſpnoeæ conferunt,vt medicamentoſa. Si quis verò vt alimentis vti velit,ſumat dulcia vina primis epulis ad leniendam aluum. Alio tempore non ſumēda propterea quòd diu in ventriculo fluctuantia maneant, negotiumque ei faceſſunt, obſtructiones viſcerum gignunt,flatibus torquēt, hepaticis & nephriticis aduerſiſsima.

Vinorū dulcium,& nouellorū ſuſpectus vſus Gal. 5. ſanit.t.

Vinum album,tenue,antiquum,limpidum,guſtu ſuaui non acerbo, & ſimiliter vina helueola,aut ex albo palleſcētia, glua, vel flaueſcentia ſunt omnia ὀξύπορα,

Tamen ſi febris aut inflammatio aut dolor, aut muſculorum laryngis laßitudo adſint,

οξύπορα, facilè & meatus corporis permeant. Salebras & aſperitates laryngis & arteriæ, pulmonumque expectorãt, per veſicam & renes, excrementa ſeroſa ducunt, mœrorem & vitæ tediũ pellũt vocẽ mollíorẽ ac magis flexibilem ſuauẽque reddũt, atq; ita ſũt arteriaca. *a vino temperandum medicus vires & conſuetudinem obſeruabit.*

Decoctum gaiaci accuratè paratũ, ſi ligni parua ſit doſis, & ſaccharum decocto addas, arteriacum habebis mirificè incidens & tergens lentam & craſſam laryngis & totius pharyngis pituitam. quare magis ad tertium catalogũ arteriacorum pertinet, de quibus mox ſum dicturus.

Arteriaca tertij ordinis.

DEbent hæc valentius detergere quàm ſuperiora, ſimul etiam attenuare, incidere viſcidam, lentam pituitam, quæ tenacius inhæret arteriæ aſperæ, & membranæ laryngis & tandem

viarum

viarum reſpirationis & vocis ſalebras & inæqualitates lenire & complanare. Cōſtant hæc arteriaca ex ſimplicibus diuerſæ facultatis, vt dulcibus, miſtis tamen acribus, amaris, nitroſis, attenuātibus deterſoriis, aperientibus, incidentibus. Tales ſūt, Betæ, quæ ſucco & decocto tergent, Galeno, &

Braſſicæ decoctum cum ſaccharo, deterſoriū. hoc arteriaco matronæ & vulgus in raucitate vtitur cum butyro, aut ſaccharo:

Arteriaca & Thoracica, valentiora.

Decoctum hyſſopi, praſſij, origani, cum ſaccharo:

Cum raucitas eſt à craßis, viſcidis excrementis in arteria & bronchiis.

Decoctum radicum ari, dracontii, gentianæ, ariſtolochiæ, bryoniæ, iridis, addito ſaccharo aut melle: nam hæc tergent, incidunt, expectorant.

Decoctum ſtoechados, ſeminis vrticæ, ſeminis eryſimi, croci.

Hęc vocis claritatem conciliant.

Cæpæ, Bulbi, aſcaloniæ, porri, allia, incidunt, attenuant craſſos & lentos humores.

Thus

Thus,myrrha,ſtyrax,liquor cyrenaicus & benioin, paſſim miſcentur in arteriacis ſcriptis à Galeno, ex ſententia veterum medicorum, 1.lib.x.7. *Tergent, & Rheumatiſmum ſiſtunt.*

Myrrha ſumpta cum melle,

Thus in oui vitello ſumptum,

Porrum valde coctum in iuſculo capi,cum croco. *Tarabile arteriacũ.*

Reſina terebinthina, & abietina tergent meatus omnium viſcerum:arteriamque & pulmones expurgãt. Poteſt ſumi è cochleari cum ſacharo, & ſenſim deglutiri.

Scilla potentiſſimè incidit lenta & glutinoſa etiam citra calorem inſignẽ. Vnde paratur eclegma ſcillites. Et acetum ſcillites,&c. *Incidit,terget,educit è larynge & Pulmone, craſſa & lẽta.*

Oxymeli ſcillites .i.acetum mulſum ſcilliticum, hoc vſu & experimentis, ac democriti auctoritate, collutum, graues oris habitus & putrilagines tollit, pituitam lentam & viſcidam, quæ tenacius laryngi & arteriæ affigitur, incidit,& *Mira vis oxymelitis ſcillitis, ad vocis ſtudioſos*

cidit,& terget,ſic vt vox clara ſuauis & canora efficiatur. Nam faucium & laringis callum firmat, ſpiritúſque vias excrementis repurgat.

Porrò ex his trium generum ſimplicibus enumeratis,varias compoſitionũ formas concinnamus,paramuſque.

Arteriacas,	quòd vitiis arteriæ aſperæ conferant.hæc etiam ad vitia pulmonũ & thoracis transferuntur.
ὑπογλωττίδας	quòd ſub lingua,& ore contentæ,liquentur,ac deerrent in arteriã & pharyngen.
ἐκλείγματα,	linctus,quòd linctu & ſenſim lambendo deglutiantur.
βηχικὰς,	quòd tuſſes mitigẽt, & raucitates demulceãt.

Thora

Thoracicas
Pulmonicas

quòd thoracis & pulmonũ affectibus medeantur.

Horum plurimus vſus in aſthmaticis & anhelosis, ὀρθοπνοικοῖς, ἐμπύοις, pleuriticis, peripneumonicis, tabidis.

Qui medicinam hodie faciũt, ſepe vtuntur arteriacis, & thoracicis remedijs à maioribus inuentis quæ ſeplaſiarij apud ſe repoſita adſeruant. Sed quũ ætate inueteraſcant, ſaporiſque gratiã amittant, ij pro re nata, & ſcopis varijs occurrentibus, formulas parant modo mitiſſimas, nunc modice deterſorias, nunc validius incidentes & expectorantes ex acribus & mordacibus.

Medici vtuntur compoſitis medicamentis, veterum, pro re nata & ſcopis occurrentibus variis, noua parant.

Eclegma temperatum. Rec. hypoglottidum albarum, ſacchari candidi,

Eclegma tẽperatum.

(candum

(candum vocãt à ſplendore, colore & duricie) Electarij diatragacanthi, ana. vnc.j. amygdal. dulcium excorticatarũ numero ſex, ſyrupi, capilli veneris. q. ſ. f. eclegma.

Eclegma, temperatũ iucundiſſimum.

Aliud mitiſſimum & ſuauiſſimum, Rec. nucleos pineos nõ rancidos, vnc. j. amygdalas recentes expurgatas, numero x. penidiar. drach. vj. ſacchari cãdidi, drach. ſ. ſyrupi capill. vener. q. ſ. fiat linctus.

Aliud eſt ab eclegmate ex pulmone vulpis ſcripto. cap. de phthiſi.

Eclegma etiam ad tabidos ſcriptum apud Meſuem, erit mite & temperatum, ſi ſemen naſturcij tollas.

In vſu eſt frequẽtiſſimo.

Eclegma ſanum & expertum (dictũ à Meſue) paulò calidius eſt temperato, ſed diu aſſeruatum coloris & ſaporis gratiam amittit.

Eclegma è ſcilla apud Meſuem potenter expectorat craſſam, lentam, viſcidamque pituitam non ſolum à faucibus, larynge, & pharynge, ſed etiam à bronchijs & carnibus pulmonum.

Idem præſtat linctus de allijs apud Meſuem.

Hodie non paratur in ſeplaſiarÿs.

Eclegma ex radice ari & draconculi cocta, trita cum amygdalis & melle excepta mirè facit ad aſthma, dyſpnœam, orthopnoeam, quod excremēta craſſa, lenta incidat, tenuet, tergat, euocet expectoretque.

Efficaciſſimum ad ea quæ promittit, & eſt paratu facile.

Eclegma fit etiam ex terebinthina, cum melle, aut ſaccharo, aut butyro recenti ſumpta. Butyrum liqueſcat prius: dein miſceatur terebinthinæ. Diſſoluitur etiam facilè cum ouo ſorbili. Porrò adnotatione dignum illud,

Abiectiua vel laricea hodie ſuppōnitur à ſeplaſiarÿs, pro terebinthina.

Eclegmata & linctus in affectibus thoracis & pulmonū, hora vtēdi debere dilui aqua hordei, vel hydromelite aut oxymelite, (niſi vlcus, aut tuſſis moleſtior adſit) aut decocto aliquo pectorali, vt facilius in aſperas arterias & pulmonis carnes feratur. At in raucedine orta vitio τῆ λάρυγγος, aut membranæ illinentis arteriam nimiū refrigeratæ,

Diluuntur humore aliquo, vt facilius penetrēt od pēryngem & bronchia.

exaſperatæ, delaſſatæ, eroſæ, vlceratæ, impeditæ, eclegmata arteriaca, nō debere ſolui nec dilui, ſed ore diū contenta liquari ſenſim, & deglutiri paulatim. Ita etiam ferè hypoglottides linguæ ſubditæ liqueſcunt & delingũtur, vt ex his aliquid percoletur ad arteriā & pharyngem.

Alia arteriaca, bechica, thoracica mauritanæ & poſterioris medicinæ.

E fontibus Græcorum & veterũ, arteriaca hauriẽda primum tamen Arabum riuuli & poſteritatis ingenia non aſpernenda.

Penidiæ, ſuo lentore, ſuaui & amyli puluere aſperſo, læuigant arteriam, atque ita primi ordinis erunt arteriacæ. Candidum ſaccharum (Cādum vocant officinæ) arteriacum eſt, ſed magis deterſorium, ſputumque efficacius ducit & euocat: nam arte, & coctura fit pellucidum, attenuans, tergens.

Condita variant conſiſtentia, pro materiæ cōditæ diuerſitate.

Conditum arteriacum, fit ex coſeruis florum violarum, bugloſſi, boragi-nis, cū duplo ſachari albiſſimi. Ita enim

erit

erit arteriacum mitiſſimum & gratiſsimum. qui autem ambitioſe factitant medicinam, addunt pulueres thoracicos & bracteas auri.

Pilulæ *βηχικαὶ* ex commentariis Meſuæ. Rec. ſucci glycyrrhizæ, ſacchari albiſsimi, ana. vnc. j. amyli ex frumento, gũmi tragacãthæ, amygdal. dulciũ ana. drach. iiij. excipiantur omnia mucagine ſeminis cydoniorum.

Bichias vocant, & bichichias medici Arabes & horũ ſequaces.

Pilulæ albæ, *ὑπογλωττίδες*, id eſt ſub lingua cõtinẽdæ, nõ differũt à ſuperioribus, niſi ſolo gũmi Arabico. Syluius medicus ille Galenus Gallicus perpetuò ferè *βραγχώδης* has ſæpe linguæ ſubditas tenebat, ad faucium & laryngis leuigationem, præſertim cum philiatris & medicinæ candidatis prælegeret.

Pilulæ albæ.

Eſt etiam arteriacum & bechicum hoc, ex inuentione Monſpelienſium. quod ita paratur. Rec. nucleorum pineorum recentium vnc. iiij. amygdalarũ dulciũ delectarũ vnc. iij. ſe. melonũ

Pignolatũ vocant, eſt ſpecies conditi ſolidioris. Ad arteriæ & pulmonũ affectus

recenter expurgatorum vnc. ſ. pul. el; diaireos ſimpli; drach. j. cinnamomi; ſcrup. iiij. ſacchari albiſsimi, diſſoluti in aqua bugloſsi. q. ſ. fiat confectio ſolida per fruſta diuiſa, quæ pyxide lignea ad vſus reconduntur.

In buccellas diuiditur ferè digitales.

Simile eſt fere huic alterum arteriacum, quod paratur ex penidiis, ſaccharo candefacto, pilulis bechicis ana. vnc. ij amygdalarum purgatarum vnc. vj. ſacchari albiſſ. in aqua capil. diſſol. q. ſ. f. pandaleon, omnia præter ſaccharum puluerantur, dein ſaccharo in aqua roſarum diſſoluto adduntur, mox denuo percoquātur vt concreſcere valeant. Nam coctum, ſinitur concreſcere ad ſolidam conſiſtentiam & pyxide integrum repoſitum adſeruatur, cochleari aut cultello ſumitur.

Pandaleon Monſpelienſium nō admodum differt à pignolato, materia, nec viribus, ſed forma.

Ex ſimplicibus arteriacis, facilè concinnabis alia ſimilia

Turrones etiam Monſpelienſium, ſunt arteriaci. Conficiuntur ex auellanis amygdalis, & ſtrobilorum nucleis melle optimo exceptis. Vtile ſanè arteriacum,

Arteriacū & βηχικὸν, omniū conditorum duriſsimum.

riacum,ſi ab auellanis,& nucleis pineis ſapor rancidulus abſit:nec ſolum irraucescentibus confert, ſed & tabeſcentibus,& in venerem tardis. Nomen illis inditum à melle percocto & ceu retorrido,vnde illis conſiſtentia ſolidior.

Sunt & Marci panes,placẽtulæ cruſtulaceæ, cuiuſmodi eſt hæc,Rec.amygdal.dulcium lib.ſ.pineorum nucleorũ recentium vnc. iiij. quatuor ſeminum frig.maiorum mundatorum ana. vnc.ſ. cinnamomi drach.ij. ſacchari cand. pediarum, pilularum albarum hypoglottidum ana.vnc.j. ſacchari albiſsimi in aqua roſarum,aut bugloſſi diſſoluti. q. ſ. fiat placentula, quæ furno blandè coquatur,aut in ſole,aut lento igne. Sunt qui ſaccharum non diſſoluunt, ſed terunt vnà cum amygdalis & pineis nucleis,nec vna eſt omnium Marcipanes ratio conficiendi.

Marci panes, placentulæ, calore furni, vel ſolis indurata.

Paſta regia ſeu regalis.Rec. pulpæ alarum perdicis & caponis,coctarũ ana.

Arteriaca potentum ſuauis, ac palato gratiſsima.

vnc.iiij.amygdal.dulc.purgatarum, pinearum recentium non rancidarum, ana.drach.iij.ſacchari cand. penid. ana. drach.ij.pulpæ paſſul.mūdatarum,pulpæ dactylorum à fibris mundatorum ana.drach.iij, ſacchari in aqua roſarum diſſoluti.q.ſ.fiat paſta. coqui ſolet in furno, aut ſole in modum Marci panis in pyxide, reponitur ad vſus. Hæ placentulæ & condita dulcia ſumuntur poſtremis epulis, cum ſtudes grata dulcedine roborare ſtomachum, aut animæ & anhelitus ſuauitatem conciliare.. At ſi raucedini,& arteriæ vitiis mederi velis, etiam mane ieiuno dabis in ore diu continenda, vt aliquid in laryngem percoletur.

Porrò ſi raucedo ab eroſione contingat gargareonis, qui vocis eſt plectrum, aut vlcere epiglottidos, vtendum erit modo enumeratis arteriacis, nunc blande, nunc valentius tergentibus. Idem quoque faciendum in vlcere

re

re laryngis aut membranæ ſuccingentis aſperam arteriam, à cuius vlcere præſertim inſigni, ſequitur non ſolũ *βράγχος* & raucitas, ſed etiam aliquãdo *ἀφωνία καὶ φωνῆς ἀποκοπὴ*. Cum enim læuor, & æqualitas arteriæ, quæ via eſt ſpiritus & expirationis, fuerint deleta, aut obſcurata, efflatio nec vocem, nec ſonum efficiet: quod laryngis cartilaginibus allidi cum ſono nequeat, ob arteriæ aſperitates & ſalebras. Huic raucedini & aphoniæ poſt vniuerſalia remedia, conueniunt etiam lac aſininum, dein caprillum, cremor hordei, & pleraque alia primę & ſecundæ claſſis mitiſſimè tergentia. Quod ſi malum à lue venerea ortus ſuos habuerit, ad ſyphilidos *ἁγιόξυλον*, & cætera *ἀλεξητήρια*, non tam ratione, quàm experimentis & vſu cognita, velut ſacram anchoram, confugiendum: quæ hanc hydram ſæpe repullulaſcentem deſudationibus, & ptyaliſmis, ſaliuarumque vligine expugnabunt.

Lignum gaiaci, & argentũ viuum.

Præſenti commentario colophonē hic imponere volui. Nec enim animus eſt in præſens, reliquas à cerebro deſtillationes perſequi, ſed ſi grata tibi hæc, lector beneuole, fuiſſe cognouero, alia ſcribendi collectanea, & Deo fauente, euulgandi, animum addideris.

Vt in oculos aures pulmones ventriculũ, &c.

AD DOCTOS, ET STV DIOSOS, IN COMMENTARIO- lum de Rheumate D. Pichotij Doctoris Medici, R. Boucherij in curia Burdigalenſi ſenatoris.

GRex ô Doctorum, doctis exculte camœnis,
Contrahis exucco qui Rheuma legendo cerebro.
Seſſilis aſſidue, & ſolio quaſi fixus in ipſo,
Perdius, & pernox voluis, libroſque reuoluis,
Immemor interdũque tui, interdumque ciborũ,
Pagina ſeu remora eſt, ſeu te meditatio magna,
Humano ad cœlos raptum ſecernit ab orbe:
Inſtar Carneadis qui nec ſumpſiſſet ofellam,
Accumbens menſæ, niſi porrectrice Meliſſa.
Et quamquam vobis, ſtudioſa ô turba ſophorum,
Diſcendi finis, qui vitæ pene ſit idem,
Contigit, vt forti quondam, dioque Catoni
Extremo in ſenio Graias vt diſceret artes:
At certè abſque labore labor nimis inquies ille
Vos fugit, macerat, decurtat & improbus ãnos.
Vos etiam quibus ignea mens, & pollet acumine
Metando addicti cœloque, vagiſque planetis
Cœli progenies, & denique debita cœlo

Hunc

Hunc deſudauit vobis, hauſitque laborem
Auctor, veſtri adeò ſancto deflagrat amore,
Emenſus multos robuſtus & integer annos
Auditor, doctor, fœlix therapeuticus, inde
Vaſconis ora tibi pluſquam Podalyrius alter.
Ergo duce hoc docti cognatæ occurrite peſti.

IN LIBRVM P. PICHOTI MEDICI CELEBERRIMI de Catarrho, Stephanus Manialdus Medicus.

Mille parit morbos cerebri quæ ſtillat ab arce
Fluxio, morborũ naſcitur inde cohors.
Mille rapit tollitque fluēs pituita moleſta,
Nec peſti huic præſens vlla medela datur.
Artis Apollineæ columen Pichotus acerbā
Ingenio oppugnat perſequiturq́; luem.
Namque ortum, cauſas, ſpecies, ſymptomata, curam
Rheumatis illuſtrat ſplendidiore via.
Ede igitur quæ ſunt longo vigilata labore,
Nec preme ſub tenebris, lumine digna frui.
Nam ſatis hæc facient doctis, quid tela vereris
Inuidiæ? carpat, qui tua non capiat.

MOtus principium ſimulque ſenſus,
Excelſam rationis omnis arcem,
Fontem conſilij & ſagacitatis,
Sacratum memoríſque prouidéque
Mentis hoſpitium, inclytamque ſedem
Humanum caput aſſerens Pichotus
Tetro à Rheumate, noxioque fluxu,
Tam parti bene principi medetur:
Vt princeps medicæ probetur artis.
Dumque aures, oculos, & ora purgat:
Dum linguam quoque reddit expeditam,
Cunctorum meritò in ſuos honores
Linguam, aures, oculos, & ora vertit.

IO. GVIIONII.

Fo.25 Rheumatiſmi & deſtillationis deſcrip.
18 Deſtillationum diuiſio, differentiæ.
25 Ad quod ſymptoma, ſit referenda deſtillatio, & Rheumatiſ.
26 Cauſæ deſtillationis & Rheumatiſmi triplices.
28 Cauſæ antecedentes deſtillationum & Rheumatiſmi.
32 An Rheumatiſmus fiat vitio viſcerum & partium inferiorum.
35 An conſenſu ventriculi fiat deſtillatio.
37 An lienoſi deſtillationibus poſſint affici.
39 Cur homo deſtillationibus magis obnoxius, quàm reliqua animalia.
44 Cauſarum Rheumatiſmi externarum fuſior explicatio.
51 De cauſa continente deſtillationis, inter medicos diſſenſio.
55 Quibus meatibus deſtillat humor à capite in inferiora.
58 Curatio vniuerſalis Rheumatiſmi & deſtillationis.
61 περιοχὴ & ſũma curatiōis deſtillationũ.
64 Reuulſio à capite ad partes longinquas, quot modiſ fiat.

65 Deriuatio à capite ad loca vicina, quot modis ſiat.
67 Reliquiæ excrementorum à capite, quot modis diſcutiuntur.
71 Rationes eorum, qui in periculoſis deſtillationibus, cauterio in capite vtendum cenſent.
73 Rationes eorum, qui damnant omnino vſum cauteriorum in capite.
77 Catarrhum & deſtillationes incraſſantia, ſiſtentia.
81 Roboratio capitis & cerebri per rationem victus.
88 Remedia alia varia, caput firmantia.
93 De coryzæ & grauedinis ſignis, cauſis, & curatione.
101 De deſtillatione varia in partes oris.
109 Curatio inflammationum vuulæ, tonſillarum, & partium oris.
106 & 125 Gingiuarum affectus multiplices, horumque curatio.
132, & 133 Quomodo ſubueniendum dolori dentiũ, corruptelæ, & qua ratione dentibus candorem, læuorem, firmitatem conciliabis.
156 De linguæ vitiis, blæſitate, balbutie, hæſitantia & cauſis mogilaliæ, differentiis

tiis,& cura.
172 De ptyaliſmo,indecora ſaliuatione, ſputatione,cauſis & cura.
184 De deſtillatione in laryngem, & aſperam arteriam.
193 De voce,eius differentiis,noxis.
202 De voce abolita,diminuta, deprauata, cauſiſque & curatione.
208 De raucitatis differentiis,cauſis,curatione,& arteriacis remediis.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Quæ in typis exciderunt poſt impreſſionem animaduerſa, ſic reſtitue. Prior numerus paginam, poſterior lineam indicat.

Pag. 1. lege catarrho, lin. 3. Pag. 13. leg. tinnitu, in epiſtola. 15. κατάῤῥοος ἢ κατάῤῥους, ἢ κατάῤῥος, l. 5. 19 αἰγίλωψ lin. 1. eadem. κόριζα, 13. 18. Cryſtalloidis 16. 20. παρίσθμια, l. 12. eadē σταφυλὴ 13. 26. catarrhi 11. 37. σπληνικοὺς, l. 13. 47. tempeſtiuè, 11. 49 ἄχρους, vlt. 51 crepuſculaſcente. 5. 63 exiſtimamus 8. 101 catarrho 18. 156 vueæ 8. 160 anim' agit 19, eadem plurim' audet 18. 161 euocant 17. eodem, ἀγκύλοσις quibuſd. magis placet 2. 164 labiorum vitioſa, (ſine commate). 3. 166 tales ſunt frig. torpidi, penult. 170. Artaxerces penult. 177 educi 15. 185 tinnulos 6. 186 roboris 15. 191 firmata, li. 8. pag. 118. ἀνάχρεμψις, l. 3. pag. 238. gilua l. vltima,

Cætera leuiora, lector æquus emendabit.

129

Digitized by Google

130

Digitized by Google

[illegible]

Digitized by Google

Digitized by Google

134

Digitized by Google

135

FINE

RESTAURO DEL LIBRO
di LELLI MARIO